ΑΙΣΧΥΛΟΣ.

ÆSCHYLI

TRAGŒDIÆ SUPERSTITES

ET

DEPERDITARUM FRAGMENTA

EX RECENSIONE

G. DINDORFII.

TOMUS II.

ANNOTATIONES.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXLI.

PRÆFATIO.

DE codicibus Æschyli ita hoc loco dicere mihi propositum est ut eos tantum attingam quorum ad hoc usque tempus copia editoribus fuit. Est igitur

1. *M.* (Mediceus) Florentinus bibliothecæ Laurentianæ plutei 32, 9. membranaceus forma quadrata, seculo scriptus decimo vel undecimo, septem tragœdias Sophoclis, totidem Æschyli, Apolloniique Argonautica complectens. Æschyli fabularum (fol. 119—189.) ordo hic est ut Persas excipiant Agamemnon, Choephorœ, Prometheus, Eumenides, Septem, Supplices. In fine scriptum ab librario, Τέλος δεδωκὼς Χριστέ σοι χάριν φέρω. Agamemnonis pars maxima Choephororumque initium desideratur: exciderunt enim folia Agamemnonis versus 311—1066. 1160—1673. et Choephororum ὑπόθεσιν prologique partem priorem complexa. Inspectum olim obiter a Petro Victorio primus paullo diligentius contulit Antonius Maria Salvinius[a] excerptamque lectionis diversitatem Petro Needhamo misit a. 1715. cujus e bibliotheca ad Askevium pervenit: qua collatione usi sunt Butlerus et Blomfieldus, novam eamque locis plurimis accuratiorem instituit Franciscus de Furia, adjectam Æschyli editioni Weigelianæ, quæ Lipsiæ prodiit a. 1827. Hujus codicis lectionem ego exhibui integram, quum et ætate et auctoritate ceteris præstet omnibus.

[a] Idem inspexit plutei 31. codicem 1. chartaceum seculi 15. cui Prometheus, Septem et Persæ insunt, Philelphianumque vocavit, credo, quod olim Philelphi fuerit. Hujus codicis a Blomfieldo passim mentio facta est. Falsa quædam de eo rettulit G. Burgesius in annot. ad Supplices p. 41. Burneii culpa in errorem inductus.

2. *Fl.*, Florentianus bibliothecæ Laurentianæ plutei 31, 8. chartaceus seculi 14. Insunt Prometheus, Septem, Persæ, Agamemnon, Eumenides. Hujus libri lectionibus a Fr. de Furia acceptis in Agamemnone, quam fabulam codex habet integram, usus est Blomfieldus et ante Blomfieldum P. Victorius. Lectionis diversitatem ad partes Agamemnonis in M. desideratas Fr. de Furia denuo proposuit in appendice editionis Weigelianæ. Ad eandem fabulam Blomfieldus

(3.) codice Veneto 616. chartaceo seculi 13. usus est ab Jacobo Morello collato: quem sigla *Ven.* indicat. Habet postremam Agamemnonis partem, caret vero versibus 46—1121.

4. *Guelf.* Guelferbytanus, chartaceus seculi 15. codex mendosissimus, editioni Aldinæ simillimus. Insunt fabulæ septem, lacunæ eædem quæ in M. Hoc usi sunt Askevius et Schuetzius, in Choephoris denuo inspexit Klausenius; in Supplicibus Ahrensius, qui editionem Aldinam in quattuor postremis tragœdiis ex hoc ipso codice expressam esse conjecit in commentatione de caussis Æschyli nondum satis emendati, quæ Gottingæ prodiit a. 1832.

5. *L.* sive *Par.* bibliothecæ regiæ Parisinæ 2886. chartaceus (Catalogi vol. 2. p. 556.), manu Jani Lascaris scriptus. Insunt Prometheus, Septem, Persæ, Eumenides, Supplices. Collatus olim in usum Askevii, denuo inspectus a Fæhsio, qui in numero codicis notando erravit in Sylloge lectionum p. xix. codicibus 2782 et 2886. confusis. Hujus codicis lectiones, plerumque cum M. consentientes, in Eumenidibus et Supplicibus, nullo alio in libro Parisino repertis, apposui tantum non omnes, sigla *Par.* designatas: in tribus vero primis fabulis si quando ejus mentio fuit facienda, litera L. notavi.

6. *T.* olim Farnesianus, hodie Neapolitanus regius

I. E. 5. chartaceus seculi 14. De quinque quas codex complectitur fabulis Agamemnonem cum editione Blomfieldi contulit Elmsleius excerptamque lectionis diversitatem edidit in Museo critico Cantabr. fasc. 7. p. 457. præmissa accuratiore codicis descriptione hac:

"Primam hujus codicis mentionem reperi apud P. Victorium in præfat. ad Æschylum his verbis 'quod vero ad Agamemnonem pertinet, ne quicquam omitteremus quod ad ejus restitutionem faceret, quum audissemus Romæ in bibliotheca Alexandri Farnesii — Æschyli volumen inveniri, in quo hæc fabula legeretur, conferendam eam, a nobis descriptam, curavimus cum eo exemplari. In quo nobis operam suam fidelem atque eruditam præbuit Gulielmus Sirletus, ut cuncta diligenter notaret quæ aliter illic legerentur. Nos autem postea varietatibus illis diligenter ponderatis in eam opinionem venimus ut nostrum librum non deteriorem illo putaremus: ac magnam partem eorum quæ variata in eo offenduntur, immutatam ab aliquo crederemus, qui in suos quosdam versus restituere chori cantus voluerit. sæpe enim addita aut dempta illic quædam cognovimus, quæ consilium ipsius adjuvarent.' Hactenus Victorius. Codex, de quo loquitur, cum reliqua Farnesiorum libraria supellectile nunc Neapoli exstat in Regio Museo. Paschalis Baffius apud Harlesium Novæ Bibliothecæ Græcæ Fabricianæ T. 5. p. 776. ita eum describit: 33. *Æschyli* Προμηθεὺς δεσμώτης, ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Πέρσαι, Ἀγαμέμνων, Εὐμενίδες, *cum glossis interlinearibus, et scholiis margin. antiquis, Thomæ Magistri, et Demetrii Triclinii. Quum scholiis Triclinii fere perpetuo præfigatur* ἡμέτερα, *et initio* Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου, *codex hic bombycinus aut* αὐτόγραφος *est, aut ex* αὐτογράφῳ *descriptus: certe sæculi est* 14. *ad finem vergentis, quo tempore Triclinius floruit.*

Eadem quæ Baffio, cujus Catalogum nondum videram, mihi quoque in mentem venit suspicio: codicem scilicet ipsius Triclinii manu exaratum esse. Est enim nitide et emendate scriptus, ut eruditum librarium agnoscas. Bene conservatus est, præter prima Promethei folia, quæ tinearum morsibus et humiditate fere consumta sunt. Licet Æschylum non nisi e recensione Triclinii nobis exhibeat, immerito tamen neglectus est a Victorio, qui tam in Agamemnone quam in aliis fabulis multas lectiones vulgatis meliores ex eo proferre potuisset. Quarum unam atque alteram apponam. In Prometheo vulgo legimus v. 886. Ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς ἦν, | ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε, κ. τ. λ. Rectius Triclinius: Ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς, ὃς πρῶτος τοδ' ἐβάστασε, κ. τ. λ. Tacite quidem delevit ἦν: de ἐν γνώμᾳ vero hæc monuit: περισσὸν ἦν ἐνταῦθα τὸ ἐν γνώμᾳ. ἦν γὰρ, ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ. διὸ ἐξεβλήθη παρ' ἐμοῦ. ὅμοιον γὰρ χρὴ εἶναι τὸ κῶλον τῷ τῆς ἀντιστρόφου. Conjecturam vides non longe diversam ab ea, quam dedit Monkius Censuræ Trimestris, T. 5. p. 226. Rectius tamen Monkius: ὃς γνώμᾳ τοδ' ἐβάστασε. Alterum sagacitatis exemplum dedit Triclinius ad Theb. 890. Verba οὐκέτ' ἐπὶ φιλίᾳ, ἀλλ' ἐπὶ φόνῳ διεκρίθητε, quibus nihil est in antistropho quod respondeat, Stanleio aliisque auctoribus tandem delevit Blomfieldius. Delenda vidit etiam Triclinius, cujus verba sunt: περισσὸν ἦν ἐνταῦθα τὸ οὐκέτ' ἐπὶ φιλίᾳ ἀλλ' ἐπὶ φόνῳ διεκρίθητε, καὶ ἄμετρον καὶ κοινόλεκτον, διὸ καὶ ἐξεβλήθη παρ' ἐμοῦ. Multæ sunt ejus conjecturæ his non deteriores: multæ quoque similes illis, quas apud Sophoclem toties exagitat Brunckius. Ne longus sim, uno exemplo contentus ero. Quum in libris plerisque nullo sensu legeretur Prom. 6. ἀδαμαντίναις πέδῃσιν ἐν ἀρρήκτοις πέτραις, neque exortus esset Stephanus aliquis, qui veram scripturam, ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀρρήκτοις πέδαις, apud Aristophanis

interpretem exstare moneret, Triclinius ex ingenio hunc senarium Æschylo obtrusit: ἀδαμαντίναις πέδαισιν ἀρρήκτοις λέγω."

Descriptis qui cum tribus primis fabulis posteriores quattuor vel omnes vel ex parte conjunctas exhibent codicibus ad reliquorum librorum turbam progredimur, qui in tribus prioribus fabulis solis versantur: quibus ita sumus usi ut Parisinos A.B. plerumque diserte nominaremus, ceteros non raro numeraremus potius quam singulos designaremus. Neque enim operæ pretium visum est tot vilissimorum librorum eorumque ne satis accurate quidem collatorum omnem et singillatim exponi lectionem, quum apparatum criticum ex codicibus aliquanto paucioribus quidem, sed prudenter delectis et diligenter collatis suo tempore exhibituri simus, quo quæ nunc circumfertur variarum lectionum farrago ex bonis pariter atque nequissimis codicibus temere negligenterque conflata tandem aliquando cedat meliori.

7. *A.* Parisinus 2884, olim Colbertinus, bombycinus seculi 13. (Catal. vol. 2. p. 565.) Insunt Prometheus, Persæ, Septem. Collatus a Brunckio.

8. *B.* Parisinus 2787. olim Boistallerianus, chartaceus seculi 15. (Catal. vol. 2. p. 553.) Prometheus, Septem, Persæ. Collatus a Brunckio, post Brunckium a Fæhsio.

Parisinorum A.B. lectionibus a Montfaucono secum communicatis usus est Needhamus, a quo ad Askevium pervenerunt, cujus ex schedis Butlero nonnulla petere licuit a Brunckio omissa.

9. *C.* Parisinus 2789. olim Jo. Tilii, postea Colbertinus, chartaceus seculi 15. (Catal. vol. 2. p. 553.) Prometheus, Septem, Persæ. Collatus a Vauvillersio (*Notices et Extraits* vol. 1. p. 291.)

10. *D.* Parisinus 2790. olim Colbertinus, chartaceus

seculi 15. (Catal. vol. 2. p. 553.) Inest Prometheus, collatus a Vauvillersio vol. 1. p. 304.

11. *E.* Parisinus 2782. A Constantinopoli Parisios perlatus a. 1740. chartaceus seculi 16. Insunt Prometheus et Septem et alia aliorum scripta, de quibus v. Catal. vol. 2. p. 624. Collatus a Vauvillersio vol. 1. p. 310.

12. *F.* Parisinus 2788. chartaceus seculi 16. (Catal. vol. 2. p. 553.) Insunt Prometheus, Septem, Persæ. Collatus a Vauvillersio vol. 1. p. 322.

13. *N.* Parisinus 2785. olim Colbertinus, bombycinus seculi 13. (Catal. vol. 2. p. 552.) Eædem fabulæ, collatæ a Vauvillersio vol. 4. p. 89.

14. *Viteb.* bibliothecæ Vitebergensis, chartaceus seculi 13. vel 14. Prometheus (cui desunt v. 1—267.), Septem, Persæ. Lectiones editæ ab Zeunio in dissertatione academica Vitebergæ a. 1780.

15. *Lips.* bibliothecæ senatoriæ, chartaceus seculi 15. forma quadrata foliis 108. Prometheus, Septem, Persæ. Lectiones ex schedis Askevii edidit Butlerus. Prometheo præfixa sunt folia octo codicis non multo antiquioris, Promethei versus 169. τίς ὧδε τλησικάρδιος—— usque ad 379. ἢ τῷ νέον κρατοῦντι παγκρατεῖς ἕδρας; complexa.

16. 17. *Cant.* 1. et *Cant.* 2. de quibus Butlerus vol. 8. p. vi. "*Cant.* 1. chartaceus seculi 13. vel 14. bonæ notæ, forma quadrata, qui e monte Atho ab Ric. Mead, medico, emtus post mortem ejus in Askevii, deinde in Academiæ Cantabrigiensis bibliothecam est traductus, ubi nunc notatur Nn. 3. 17. Continet Prometheum, Septem et Persas. *Cant.* 2. chartaceus ejusdem voluminis, seculi 14. vel 15. Ex his *Cant.* 1. fere ad medium tragœdiæ Septemthebanæ, *Cant.* 2. ad finem Promethei contulerat Askevius, hoc compendio usus *M.* (i.e. Meadianus) 1. 2. Nos utrumque diligenter contulimus et non

solum lectionis varietatem, sed et e *Cant.* 1. scholia in Persas descripsimus, quæ Stanleiana scholia B. in Prometheum et Septem continuare possint. Pulcherrime scriptus est cum glossis etiam interlinearibus, quæ observantur etiam in *Cant.* 2. et in utroque a prima manu. Suprascriptus est passim *Cant.* 2. a recenti manu, plerumque eraso quod prius scriptum fuerat, sed correctiones istæ a codice bonæ notæ descriptæ videntur, plerumque a *Cant.* 1. Porro in *Cant.* 1. finis Persarum mutilus est." Cantabrigiensem utrumque etiam Blomfieldus inspexit.

18. *Ar.*, Arundelianus (sive Seldenianus) bibliothecæ Bodleianæ, recens chartaceus, de quo vid. Gaisford. ad Hephæst. p. 242. Insunt Prometheus, Septem, Persæ.

19. *Barocc.* (s. Oxoniensis) ejusdem bibliothecæ 231. recens chartaceus, editioni Aldinæ simillimus. Fabulæ eædem.

Arundeliani et Barocciani excerpta protulit Stanleius, accuratius collatos habuit Askevius. Arundelianum denuo contulit Gaisfordus, Baroccianum Porsonus: quorum excerptis usus est Blomfieldus. Utroque in Septem ad Thebas etiam Burtonus et Thomas Burgessius, Pentalogiæ tragicæ editores, usi sunt.

20. 21. "*Mosq.* 1. et 2. de quibus Schuetzius vol. 1. p. v. "*Mosqu.* 1. Mosquensis seculo 15. aut 14. scriptus, chartaceus, bibliothecæ Sanctiss. Synodi, 4to, No. 259. in foliis 212. Æschyli Prometheum vinctum, Septem adv. Thebas, Persas, Euripidis Hecubam et Orestem continens."

"*Mosqu.* 2. Ejusdem bibliothecæ 8vo. No. 392. chartaceus, folior. 210. seculo 15. aut 16. scriptus. Continet Sophoclis Ajacem et Electram cum Æschyli Prometheo et Septem adv. Thebas. Utriusque excerptam lectionis varietatem *Matthæi* humanitati debemus."

22. 23. *Ven.* 1. et *Ven.* 2. tres uterque fabulas com-

plexus: de quibus Butlerus vol. 8. p. vii. "*Ven.* 1. membranaceus seculi 15. bibliothecæ Venetæ Marcianæ 370. Cum editione Aldina consentit etiam ubi discrepat codex Guelf.[b] *Ven.* 2. chartaceus ejusdem ætatis in eandem bibliothecam e bibliotheca SS. Johannis et Pauli translatus. Utrumque ab me rogatus contulit Jacobus Morellius, bibliothecæ præfectus."

24—27. *Vindobonenses* quattuor, ex quibus excerptam lectionis diversitatem ad Prometheum et Septem cum Schuetzio communicavit F. J. Bastius.

28. Codicis *Taurinensis* 253. specimina ex Septem ad Thebas proposuit Peyronus in *Notitia librorum* Valpergæ Calusii p. 60. 61. Codex desinit v. 841.

29. *Lambethanus*, chartaceus seculi 14. ad aliquot Persarum locos inspectus a Blomfieldo, cujus v. præfat. p. i.

Typis impressæ Æschyli tragœdiæ primum prodierunt Francisci Asulani opera ex officina Aldina a. 1518. cui qui præfuerunt in hoc quoque scriptore morem tenuerunt in præfatione ad scholia Aristophanis vol. 1. p. viii. ab me notatum, ut codicem typothetis traderent quam vilissimum: quem simillimum fuisse Guelferbytano, id est omni mendorum genere refertum, supra indicavimus, auxitque malum non raro typothetarum imperitia. Agamemnon et Choephoroe in unam fabulam sunt confusæ ut in codicibus Mediceo et Guelferbytano: quo factum ut Asulanus sex tantum edere sibi videretur tragœdias nullamque in indice libri Choephororum faceret mentionem.

Editionem Aldinam Parisiis a. 1552. recudit Adrianus Turnebus, qui plurima prioris editionis vitia emendavit, Agamemnonem vero Aldinum ex duabus conflatum esse tragœdiis non magis quam Asulanus ani-

[b] Tres primas fabulas ex codice *Ven.* 1. expressisse Aldum conjecit Blomfieldus in Museo crit. Cantabr. vol. 1. p. 105.

madvertit. Emendationes autem Turnebi partim ex codice quodam Ranconeti tres primas fabulas complexo, simili Parisino C., quem illum ipsum codicem esse conjecit Elmsleius, sunt factæ, partim ex scholiis Græcis petitæ, quæ ineunte anno 1552. (nam præfatio Idibus Novembribus a. 1551. scripta est) Venetiis ediderat Robortellus, partim denique ex conjectura sunt illatæ. In quo genere ita versatus est Turnebus ut leviora vitia non raro recte corrigeret, alia plurima autem in quattuor postremis maxime fabulis corrigendo magis etiam depravaret: quod non inutile erit aliquot declarasse exemplis.

	Aldus	*Turnebus*	*scribendum*
Agam.	158. ὁμόφρονον	ὁμόφρων ὢν	ὁμόφωνον
	187. τύχεσι	τείχεσι	τύχαισι
	248. ἄγραντοι	ἄχραντοι	ἄκραντοι
	1083. χράειν	κλάειν	χρήσειν
	1119. κάλη	καλεῖ	κέλει
Choeph.	259. ἕλοις	ἕλοις	ἔχοις
	424. νόμοισι λεμιστρίας	νόμοισι πολεμιστρίας	νόμοις ἰηλεμιστρίας
	426. ὀρείγματα	ὀρύγματα	ὀρέγματα
	621. ἀκανόφρων	ἀγανόφρονι	ἁ κυνόφρων
	865. πάτρων	πατρῷον	πατέρων
	884. ἀρχὴν	ἀρχὴ	αὐχὴν
	916. ὅτιμος	ἄτιμος	ὁ τῖμος
Eumen.	279. φρωνεῖν	φρονεῖν	φωνεῖν
	529. μέτῳ τὸ	μὲν ὅτῳ	μέσῳ τὸ
Suppl.	16. καίασε	κάλεσεν	κέλσαι
	123. πελομίων	πολεμίων (non animadverso frequentissimo typothetæ Aldini errore literas ι et εν permutantis.)	πελομένων
	318. πατρὸς τοῦδ'	πατρὸς οὐδ'	πατέρα τοῦδ'
	321. τοῦ δαναοίγε	τοῦ γε Δαναοῦ	τοῦδ' ἄνοιγε
	674. δ' ἐφ' ὀργῶς	δ' εὐόργως	δὲ φόρους γᾶς
	694. ἐπιβωμὰν	ἐπιβοῷεν	ἐπὶ βωμοῖς

Aliquanto majora in Æschylum merita Francisci Robortelli prædicare licet, qui Venetiis eodem quo Turnebus Parisiis tempore, id est anno 1552. ferme medio (nam epistola dedicatoria Calendis Februariis, præfatio Calendis Martiis scripta est) septem edidit tragœdias, separatis Agamemnonis et Choephororum partibus apud Aldum et Turnebum confusis. Codicibus ad emendandas tres primas fabulas pluribus, ad quattuor postremas uno potissimum usus est ab Mariano Savello Patavio ad se transmisso, quem similem Mediceo fuisse apparet, quocum lacunas quoque Agamemnonis communes habuit, quas animadvertit quidem, sed explere non potuit Robortellus. Idem plura ex conjecturis emendavit partim suis partim Michaelis Sophiani[c], quarum de quattuor postremis fabulis index præfationi est insertus, indicatis libri Savelliani vitiis. Alias ab Ludovico Castelvetrio Mutinensi se accepisse in epistola ad Savellum narrat.

Proxima Henrici Stephani editio est, curante Petro Victorio facta a. 1557. quem tribus usum esse codicibus constat, Mediceo plutei 32, 9. quem magnis quidem laudibus extollit, sed leviter tantum inspexit, et Florentino 31, 8. Farnesianoque (T.) ex quibus Agamemnonis partes in prioribus editionibus omissas primus edidit. Tres autem primas tragici editiones Victorius suæ ita adhibuit ut Aldina vix usquam inspecta plerumque Turnebum, rarius Robortellum sequeretur. In fine voluminis Henrici Stephani adjectæ sunt annotationes maximam partem criticæ, in quibus quæ expositæ sunt variæ lectiones plurimæ sigla γρ. notatæ, plerasque omnes priorum editionum vitia referre, paucissimas ex codicibus ductas esse manifestum est, quos *non pauciores quindecim, partim Venetiis, partim Flo-*

[c] De Sophiano Constantinopolitano v. Martini Crusii Turco-Græcia p. 200.

rentiæ, partim Romæ, partim etiam Neapoli ab se esse *visos* narrat p. 356, *sed in quorum bona parte primæ tantum tres tragœdiæ haberentur.*

Editionem Stephanianam non sine frequentibus leviorum vitiorum correctionibus repetivit Gul. Canterus Antwerpiæ a. 1580. Canterum secutus est Thomas Stanleius, qui Æschyli tragœdias Londini edidit a. 1663. doctis instructas commentariis, quos insigni novarum annotationum accessione ex schedis Stanleii locupletatas repetivit Butlerus: in quibus conjecturas plures esse quæ Aurato, nonnullas quæ Jos. Scaligero, Porto et Is. Casaubono debeantur Blomfieldus ostendit in Museo critico Cantabrigiensi vol. 2. p. 488[d]. De editoribus post Stanleium in hoc opere versatis præcipua cum laude nominandi mihi sunt Porsonus, qui in editione Glasguensi a. 1794. non pauca vulgatæ lectionis vitia vel correxit vel obelo apposito notavit; Schuetzius, qui ipse quoque nonnulla sagaciter emendavit et ad explanandas poetæ sententias utilia multa contulit; denique Blomfieldus, cujus operam dolendum est in quinque substitisse fabulis. Horum igitur aliorumque virorum doctorum studiis etsi multa et præclara ad has tragœdias et emendandas et explicandas sunt allata, quæ commodum in ordinem redacta inutiliumque annotationum mole liberata in commentariis exhibuimus, non

[d] Conjecturæ Aurati, Bentleii, Is. Casauboni (ad Agamemnonem: v. Catal. Bibl. regiæ Paris. vol. 2. p. 553.), Henrici Jacobi, collegii Mertonensis olim socii, Pearsoni, episcopi Cestriensis, Jos. Scaligeri, Is. Vossii aliorumque editionum veterum exemplaribus quibusdam sunt adscriptæ, quorum alia in bibliothecas Britannicas, alia in Leidensem et Parisinam transierunt: de quibus quæ dixerunt Blomfieldus l. c., in præfat. ad Choephoros, Butlerus vol. 8. p. xxix—xxxiii, Georg. Burgesius in annot. ad Supplices p. 44—53. nos repetere supersedemus. Tyrwhitti annotationes breves ab Elmsleio editæ sunt Oxonii a. 1822. Ex Spanhemianis, quæ cum reliqua Spanhemii supellectile literaria in bibliotheca regia Berolinensi asservantur, nonnulla prodidit Schuetzius.

diffitendum tamen est magnam eamque difficillimam relictam ab illis esse laboris partem: de quo ego ita sentio ut non tam reprehendendos esse putem editores quod plurima vel imperfecta reliquerint vel, quod sæpissime accidit, corrupta et obscura ne animadverterint quidem, quam laudandos quod tantum quisque præstiterit quantum pro virium suarum modo præstare potuerit.

De scholiis Græcis, ex quibus locorum quorundam emendationes petiverunt editores[e], quoniam suo loco explicatius erit dicendum, pauca nunc monuisse sufficiat. Primus illa edidit Franciscus Robortellus Venetiis a. 1552. Mariani Savelli potissimum codice, quem in hac quoque parte similem Mediceo fuisse intelligimus, aliisque nonnullis trium primarum tragœdiarum exemplaribus ita usus ut multa quæ inutilia viderentur resecaret. Hanc collectionem Victorius repetivit, ex codice Mediceo et aliunde[f] emendatam et locupletatam, diversorum tamen codicum scholiis, qui erat illorum mos temporum, non distinctis. Ad hæc postmodum nova accesserunt scholiorum ad tres primas maxime fabulas augmenta ex infimæ ætatis codicibus ab Stanleio, Butlero et Faehsio congesta. Quorum editorum

[e] Conf. annot. ad Prometh. 601. Sept. 523. 667. Pers. 63. 829. Agam. 1111. 1148. Choeph. 163. 787. 971. Eum. 260. Suppl. 363. 443. 882. Paullo majoris momenti sunt quas editores ex grammaticis aliisque scriptoribus fecerunt locorum quorundam emendationes. V. ad Prometh. 2. 6. 59. 150. 438. 461. 609. 850. 877. Sept. 227. Agam. 108. 111. 141. 282. 284. 1356. 1624. Choeph. 350. 773. Suppl. 682. 885.

[f] Scholia nonnulla ab Victorio ipso composita esse conjecit Ahrensius p. 5, recte fortasse: quanquam quæ attulit sententiæ suæ documenta (ex schol. ad Suppl. v. 1. ἀφίκτωρ: ἱκετῶν ἔφορος. 12. στασίαρχος: τῆς συστάσεως ἡμῶν ἄρχων. πεσσονομῶν: ὑπὸ τούτων λογιζόμενος. 41. πόρτιν: τὸν Ἔπαφον. 42. τιμάορα: βοηθόν.) falsa sunt. Nam illa omnia ego ex codice Mediceo annotata habeo indidemque sumpsit Victorius.

opera quum ne hoc quidem effectum sit ut quæ scholia in codice Mediceo legantur quæ non legantur constet, non inutile erit ex ampliore quod infra posui specimine cognovisse quæ sint et qualia codicis illius scholia.

Septem ad Thebas. v. 1. λείπει τὸ ἐκεῖνον. καίρια δὲ τὰ ἀναγκαῖα· παρακαίρια γὰρ τὰ ἄδικα. 2. ἐν ἐξουσίᾳ. 3. τὸν τῆς πόλεως κυβερνήτην. 4. τῆς εὐπραγίας ἡ αἰτία ἐπὶ τοὺς θεοὺς, τῆς δὲ δυσπραγίας ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας. 6. ἀντὶ τοῦ μόνος. 7. λοιδόροις. τὸ ὑμνεῖσθαι μέσον. 8. ἀλεξιτήριος ζεὺς ἐν θήβαις τιμᾶται. φησὶν οὖν, συμφώνως ἑαυτῷ τιμῷτο. 10. καὶ τὸν νέον καὶ τὸν αὔξοντα τὴν βλάστησιν. τοῦ διός. τὸν νέον. 11. τὸν ἐξ ἡλικίας. τὸν γέροντα. 12. αὐξάνοντα ἀνδρῶν νῦν. οἷον καθὸ ἕκαστος δύναται βοηθεῖν. 13. ὥραν φροντίδα, ἡλικίαν. ἵν' ᾖ ὁ νοῦς οὕτως, ἕκαστον ὑμῶν φροντίδα τῆς πόλεως· ἢ ἕκαστον πρὸς τὴν ἡλικίαν βοηθεῖν τῇ πόλει ὡς πρέπον. 16. κοινὸν τὸ ἀρήγειν. 17. αὕτη. κυρίως ἐπὶ παίδων τὸ ἕρποντας. 18. ἐπιδεχομένη. πάντα πόνον τῆς παιδικῆς ἡλικίας ὑποδεχομένη. 20. πιστοὶ δηλονότι. πρὸς κίνδυνον ὑπὲρ αὐτῆς πρόθυμοι. 21. ἀπὸ τοῦ ἐν ζυγῷ. 22. φυλασσομένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ. 24. σκοπὸς ὁ τειρεσίας. 25. οὐκ ἐμπύροις χρώμενος. ἐξ ἀκοῆς γὰρ τὰς πτήσεις διέκρινεν, οὐχ ὁρῶν ὁ τειρεσίας ἐπέβαλε τῇ τέχνῃ ἑτέρου ὑπαγορεύοντος, οὐκ αὐτὸς ὢν αὐτόπτης τῶν ὀρνέων. 26. μαντευτικούς. 27. ὁ τειρεσίας. 29. ἐν νυκτὶ ἀγορεύεσθαι καὶ βουλεύεσθαι. 31. ἐπίρρημα παρακελεύσεως. ὡπλισμένοι. 32. τὰς ἐπάλξεις τῶν τειχῶν. τοῖς ἐπιβήμασι. κατεχρήσατο δέ. 34. τῶν πολεμίων. 35. καλὰ θεὸς παρέχει. 37. μὴ μάτην ὁρμῆσαι. 43. τὸ μελανισθὲν τῷ αἵματι ἢ τὸ ἐκ μελαινῶν βυρσῶν περιβεβλημένον. οὕτως δὲ θύοντες ἐπάνω τῶν ἀσπίδων ἐμαντεύοντο. τὸ μελάνδετον δὲ καλῶς ἂν ἐπὶ ξίφους ῥηθείη, ἐπὶ δὲ σάκους παρέλκει τὸ δετὸν ὡς ἐπὶ τοῦ κελαινεφὲς τὸ νέφος. 47. ἐκκενώσειν, ἀπὸ τοῦ λαπάθου. 49. περόνας ἢ τρίχας ἤ τι τοιοῦτον. ἔθος γὰρ ἦν τοὺς ἐν πολέμῳ τοῖς οἰκείοις πέμπειν σημεῖα ἢ περόνας, ἢ ταινίας, ἢ βοστρύχους, ἤ τι τοιοῦτον. τὸ δὲ ἔστεφον ἀντὶ τοῦ ἐπλήρουν, πρὸς ἅρμα δὲ ἀδράστου,

ἐπεὶ ἀμφιάραος αὐτοῖς ἐμαντεύσατο, μόνον ἄδραστον σωθήσεσθαι. τοῦτο δὲ ὡς ἀπὸ τῆς ἱστορίας ἔλαβεν, ὅτι ἐσώθη ὁ ἄδραστος· ἐπεὶ πόθεν ᾔδεσαν ὅτι διαφεύξεται; 50. τοῦτον γὰρ ἔφασκεν ὁ μάντις σωθήσεσθαι μόνον ἐκ τοῦ πολέμου. 51. οὐκ ἦν ἔλεος διὰ τῆς γλώττης αὐτῶν προϊὼν ἀποθηλύνων τὴν ὁρμήν. 54. μετ' οὐ πολὺ δὲ ταῦτα γνώσῃ τῇ πείρᾳ. ἡ περὶ τούτων ἀκοὴ οὐ βραδέως γέγονεν. ταχὺ γὰρ ἤγγειλα. ἡ γνῶσις οὐκ εἰς μακρὰν πλησιάζεται. 55. κλήρους γὰρ ποιησάμενοι πρὸς μίαν πύλην ἐδέξαντο οἱ ἑπτὰ λοχαγέται. 58. τάξον. 60. λευκός. 62. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πλοίων. ἀσφαλής, βέβαιος. 63. καταπνεῦσαι σφοδρῶς. 64. πρὸς τὸ πνεῦμα ἐπήγαγεν τὸ κῦμα· παρακεκινδυνευμένως δὲ εἶπεν κῦμα χερσαῖον. 65. τουτέστι μὴ ἐκπέσῃς τοῦ δέοντος καιροῦ. 66. φύλακα ἁπλῶς. 67. ἀσφαλῶς φυλάξω. 70. ὅτι τὰ νῦν δι' αὐτῆς τελειοῦται. 72. ἐκριζώσητε. ἀντὶ τοῦ οὐ βάρβαρον οὖσαν, ἀλλ' ἑλληνίδα καὶ αὐτήν. 73. γρ. καὶ ὅλκον ῥέοντα καὶ δόμους. 75. μὴ ὑπεξελθεῖν ζυγὸν δουλείας. 76. κοινωφελῆ καὶ ὑμῖν καὶ ἡμῖν νομίζω λέγειν. 78. θρηνῶ, βοῶ. εὐπτόητον δὲ ἡ τῶν παρθένων ἡλικία πρὸς φόβον, μάλιστα δὲ πρὸς πολιορκίαν. 79. οἷον ἀφεῖται ὁ ὄχλος ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου. οἷον, ἤδη τὴν ὁρμὴν ποιοῦνται ἐπὶ τὴν πόλιν ἡμῶν οἱ πολέμιοι. ταῦτα δὲ φανταζόμεναι λέγουσιν ὡς ἀληθῆ. τὸ δὲ χ πρὸς τὴν διαφορὰν τοῦ στρατοῦ καὶ τοῦ στρατοπέδου· στρατόπεδον γὰρ καλεῖται τὸ ἐνδιαίτημα τοῦ στρατοῦ. 80. πολὺς ἔμπροσθεν λαὸς ἱππότης. φαντάζονται δὲ ταῦτα πάντα. αἰθερία δὲ κόνις ἡ αὐτὴ αἰρομένη εἰς τὸν αἰθέρα, καίτοι ἄφωνος οὖσα ἐναργής ἐστιν ὥσπερ ἄγγελος καὶ ἀληθής. 81. ἡ μέχρι τοῦ αἰθέρος ἤκουσα. 82. ἄφωνος μὲν οὖσα, σαφῶς δὲ ἀγέλλουσα. 83. καὶ τὰ τῆς γῆς δέ μου πεδία κατακτυπούμενα τοῖς ποσὶ τῶν ἵππων καὶ τῶν ὅπλων ποιεῖ μου προσπελάζειν τὸν ἦχον τοῖς ὠσίν. [ἐλεδεμνὰς ἡ τὸ δέμας ἡμᾶς τῷ φόβῳ λαμβάνουσα ἢ ταράττουσα· ἢ ἐλεδεμνὰς ἡ ἑλοῦσα ἀπὸ τῶν δεμνίων. a manu recentiore.] 84. ἔχει δὲ φησὶ τρόπον ποταμῶν τὰ πεδία τῆς γῆς μου. 85. τοῦ καὶ ὄρη ῥηγνύντος. 87. ἀποστήσατε. 89. μετὰ βοῆς. [ὑπεράνω. a m. rec.] 95. πότερον πρόσφυγες τῶν πατρῴων ξοάνων γενόμεθα ἢ ἄλλο τι

πράξομεν; 96. ἐπ' ἀγαθῷ ἱδρυμένοι. ἢ ἐπὶ τῶν ἰδίων φησὶ καθεδρῶν καθεζόμενοι. καιρὸς ἥκει. οἷον, ἀκμῆς καὶ ὀξυλαβίας χρήζει τὰ πράγματα. πρὸς ἀλλήλας δὲ ταῦτά φασι. τί ἑστῶτες στενάζομεν καὶ οὐχ ἱκετεύομεν; 100. ἐπεὶ ἀγνῶτές εἰσι, τοῦτό φασιν, ἆρα φανταζόμεθα, ἢ ἀληθῶς ἀκούομεν. πότε στέφη ῥίψομεν ἢ πέπλους ἐπὶ γῆς, ἢ νῦν, τραπεῖσαι ἐπὶ λιτανείαν τὴν περὶ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως; παρετίθεσαν γὰρ καὶ πέπλους, καὶ ἐνέδυον καὶ πέπλους τὰ ἀγάλματα. ὅμηρος "πέπλον ὅστις τοι χαριέστατος." 103. τὴν περὶ ἡμῶν λιτανείαν, ἢ πολυπαράκλητον. 104. μετήγαγε τὰς αἰσθήσεις πρὸς τὸ ἐναργέστερον, ὡς τὸ "ἤκουσας ὁ κόραξ οἷος ἦλθ' ἐξ ὀρέου[g]; ὁ μέντοι ὀκτάσημος ῥυθμὸς οὗτος πολύς ἐστιν ἐν θρηνῳδίᾳ καὶ ἐπιτήδειος πρὸς θρήνους καὶ στεναγμούς. ἔστι δὲ δοχμιακά. ὅμοιον τὸ "πόλεμος αἴρεται πρὸς ἐμὲ καὶ θεούς" παρὰ ἀριστοφάνει ἐν ὄρνισιν. ἀλλὰ καὶ παρ' εὐριπίδῃ "ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς νόμιμον ἐν γάμοις." 105. ἐκ πολλοῦ κληρωσάμενος τήνδε τὴν γῆν. τιμᾶται γὰρ παρὰ θηβαίοις ὁ ἄρης. καὶ ἄρειον τεῖχος καὶ ἀρητιὰς κρήνη παρὰ αὐτοῖς. ἀττικὸν δὲ τῇ κλητικῇ ὦ ἄρης· οἱ δὲ γρ. ὦ ἄρη. ἱερὰ δὲ ἡ θήβη τοῦ ἄρεως ἄνωθεν. ἔστιν οὖν παλαίχθων ὁ πάλαι τὴν γῆν κατέχων. 107. ἠθικὸν τὸ δὶς ἀναφωνῆσαι. δειλίαν γὰρ ἐμφαίνουσι διὰ τούτου. 108. ἥν ποτε ἔθου εὖ πεφιλημένην. 111. σαφὲς ἐνταῦθα ὅτι ἐκ παρθένων ἐστὶν ὁ χορός. ἐπίδετε φησὶν ἡμᾶς ἱκετευούσας τρόπον δούλων. ἱκετεύομεν γὰρ ὑπὲρ τοῦ μὴ εἰς δουλείαν ἀχθῆναι. 114. νῦν τὸ πλῆθος. φόβῳ δουλείας ἱκετευούσας. 115. τῶν ἐπινευόντων τοὺς λόφους. ἐν γὰρ τῇ κινήσει συμβαίνει πλαγιάζεσθαι τοὺς λόφους. ἢ τῶν κορυθαιόλων· Ὅμηρος "κορυθαιόλος ἕκτωρ". τὸ γὰρ κινούμενον κράνος δόχμιον τῇδε κἀκεῖσε γίνεται. ἡ δὲ κίνησις κατηγορεῖ τοῦ ἐμπράκτου. δοχμολόφων οὖν τῶν ἐπινευόντων τοῖς λόφοις. ταῖς πνοαῖς τῶν ἀνδρῶν καχλάζει ὥσπερ κῦμα. καχλάζει δὲ οὐ βορέου ἢ νότου πνοῇ, ἀλλὰ τοῦ ἄρεως. 118. πάντων ἔχων τέλος πάντως καὶ ἡμῖν βοήθησον, ὥστε μὴ ὑπὸ

[g] Corrige Ὠρεοῦ ex Aristoph. Pac. 1125.

τῶν πολεμίων ἅλωσιν γενέσθαι. 121. λείπει ἡ ὑπό. ὁ ὑπὸ τῶν ἀρείων ὅπλων φόβος ταράσσει. 123. θρηνοῦσιν ἡμῶν τὴν ἀναίρεσιν. οἷον, προφωνοῦσιν οἱ ἐν ταῖς γένυσι τῶν ἵππων χαλινοί. 125. ταῖς διὰ τῶν δοράτων σωζούσαις πανοπλίαις. πολεμικαῖς πανοπλίαις. 127. λαχμῷ λαχόντες τὰς πύλας. 128. σύ τε ὦ κράτος ἐν πολέμοις ἀθηνᾶ. ὑπὸ δὲ ἀγωνίας οὐχ ἕνα θεὸν ἐπικαλοῦνται, ὡς παρθένοι. καὶ ταῦτα δὲ δόχμικά ἐστιν καὶ ἴσα, ἐάν τις αὐτὰ ὀκτασήμως βαίνῃ. κυρίως δὲ εἶπον βαίνει· ῥυθμοὶ γάρ εἰσι· βαίνονται δὲ οἱ ῥυθμοὶ, διαιρεῖται δὲ τὰ μέτρα, οὐχὶ βαίνεται. 132. καὶ σὺ ὦ πόσειδον ὃς ἀνάσσεις ἐπὶ θήρᾳ ἰχθύων. τιμᾶται παρὰ θηβαίοις ὁ ποσειδῶν. [τῇ τοὺς ἰχθῦς τιτρωσκούσῃ τριαίνῃ. *a m. rec.*] 134. πάλιν δὶς εἶπεν τὸ ἐπίλυσιν. τεταραγμένης δὲ ψυχῆς ταῦτα ἤθη καὶ ἐμφάσεως ἕνεκα λεγόμενα. 139. κηδεστὴς ἐναργῶς γενοῦ. ἁρμονίαν γὰρ τὴν ἀφροδίτης καὶ ἄρεως εἶχεν κάδμος. φρόντισον ἡμῶν καὶ τῆς πόλεως ἐναργῶς. 143. μεγάλαις, ἃς καὶ θεὸς ἀκούσειεν. 145. πολέμιος· οἷον, ὥσπερ λύκος αὐτοῖς ἐφόρμησον, ἀνθ' ὧν ἡμεῖς νῦν θρηνοῦμεν. οὕτως τινὲς τὸ λύκειος. ἤ, ἐπιβλαβὴς τοῖς πολεμίοις ἐπὶ τῆς ἀϋτῆς τῶν στόνων γενοῦ, οἷον ἐπὶ τοῦ πολέμου. 150. ἐπίρρημα θαυμαστικόν. 153. ἀκούω φησὶ στεναγμὸν τῶν χνοῶν. λέγουσι καὶ μετὰ τοῦ ι οἱ ποιηταὶ τὸ χνοιαί. παρὰ τὸ "μέγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων." χνόαι δὲ τὰ ἀκροξόνια περὶ ἃ αἱ χοινικίδες οἱ παραξονῖται λεγόμενοι. 158. ἀκροβολίζεσθαι ἐστὶ τὸ ἐν πολέμῳ συμβολῆς προκατάρχεσθαι. 159. ὦ φίλε ἄπολλον καὶ ἀθηνᾶ καὶ διόθεν πολεμόκραντον. πολεμόκραντον. ἐπεὶ οὖν μιαρὸς ὁ ἐν πολέμῳ φόνος, ἁγνὸν τέλος ἔφη, ἐπεὶ οἱ πολεμίους ἀποκτείναντες καθαροί εἰσι μᾶλλον ἢ οἱ φίλους ἀνελόντες. [164. παρὰ φοίνιξιν ἡ ἀθηνᾶ. καὶ ὁ κάδμος γὰρ φοίνιξ. *a m. rec.*] 164. ἡ ἀθηνᾶ παρὰ θηβαίοις. ἐπεύχεται δὲ τὴν ἐπιχώριον ἀθηνᾶν, ὡς ὁ θετταλὸς "ζεῦ ἄνα δωδωναῖε." καὶ ὁ λύκιος "κλῦθι ἄναξ ὅς που λυκίης." καὶ ὁ ἴλιος "ζεῦ ἴδηθεν μεδέων." ὀγκαία ἀθηνᾶ τιμᾶται παρὰ θηβαίοις, ὄγκα δὲ παρὰ τοῖς φοίνιξι. καὶ ὀγκαῖαι πύλαι. μέμνηται καὶ ἀντίμαχος καὶ ῥιανός. φοίνιξ δὲ ἄνωθεν ὁ κάδμος. 166. κατὰ πάντα βοηθοί.

τοῦτο γὰρ ἴδιον θεῶν. 170. τῷ μὴ βοιωτιάζοντι. ἐπειδὴ δὲ ἕλληνες καὶ οἱ ἀργεῖοι, οὐκ εἶπεν βαρβαροφώνῳ. ἄλλως. τῷ ἔχοντι ἄνδρας ἐκ πολλῶν ἐθνῶν. ὅμηρος "ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα." 171. κλύετε ἡμῶν δικαίως εἰς οὐρανὸν ἀνεχουσῶν τὰς χεῖρας. τοῦτο δὲ τὴν ἐκ ψυχῆς ἱκετείαν δηλοῖ. ὅμηρος "χεῖρας ἀνασχόντες." 175. παρὰ τὸ "ὃς χρύσην ἀμφιβέβηκας." 178. μελέτην ἔχετε τῶν ἱερῶν δημοσίων.

Scribebam Lipsiæ.

PROMETHEUS.

C. G. Schuetzii Prolegomena.

PROMETHEUS secundum Hesiodum Iapeti et Clymenes Oceanitidis filius fuit[a]. Genealogiam ejus idem ita deducit:



Ab Iapeto patre, quem et alii nominant, sæpe a poetis Iapetionides appellatur[b]. Is cum ceteris Titanibus in Tartarum a Jove dejectus esse fertur[c].

Lycophron tecte[d], Tzetzes vero in commentario ad ejus Cassandram diserte, matrem Promethei Asiam fuisse testantur[e]. Apollodorus quoque[f] Atlantem, Prometheum, Epimetheum, Menœtium ex Iapeto et Asia Oceani filia natos esse narrat.

Æschylus vero patre non nominato matrem Promethei Themidem facit.

Uxor Promethei Hesione[g] dicitur, vel Axiothea[h]; filius Deucalion. Ister vero in libro de colonia Ægyptiorum Isidem ejus filiam fuisse narravit[i].

[a] Theog. v. 510. [b] Hesiod. Opp. 54. Theog. 528. [c] Homer. Il. 8, 479. [d] Cassandræ v. 1283. [e] Ad v. 1283. [f] Bibl. 1, 2, 3. [g] Æschyl. Prom. v. Tzetzes ad Lyc. 1283. [h] Tzetzes l. l. [i] Clem. Alex. Strom. 1. p. 322. D. ed. Sylb.

"Prometheum inter Deos recenset Catullus[k], item Sophocles Œdip. Col.[l]

> *Χῶρος μὲν ἱερὸς πᾶς ὅδ' ἐστ'· ἔχει δέ νιν*
> *Σεμνὸς Ποσειδῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς*
> *Τιτὰν Προμηθεύς·*—

Ubi Scholiastes *τὸ πυρφόρος θεὸς* de Vulcano perperam interpretatur, quæ vero subdit ex Apollodoro[m] magis ad rem nostram; Prometheum in Academia coli una cum Minerva et Vulcano." STANL.

Causas irarum Jovis in Prometheum Hesiodus hunc in modum contexuit. Quo tempore Dii et homines Meconæ, quæ postea Sicyon appellata est, inter se disceptabant, Prometheus Jovem decepturus, bovem mactatum sic divisit, ut in altera parte carnes et viscera, ventre bovino tecta una cum adipe in pelle reconderet, in altera vero bovis ossa multa per dolum arvina contecta poneret. Cumque Jupiter iniquam carnium partitionem miraretur, quippe quod ea portio, quæ ossibus constabat, multo major altera videretur, liberam ei Prometheus optionem dedit. Jupiter etsi dolum subesse non ignorabat, majorem tamen portionem sibi sumsit, atque ut vidit ossa tantum esse, vehementer indignatus est. Ex illo igitur tempore doli illius memor, victum[n] et ignem hominibus abscondidit et subtraxit. Prometheus autem ignem in cava ferula surripuit, hominibusque divisit. Jupiter vero, ut aliud malum hominibus daret, Vulcanum jussit virginem formosam e terra et aqua creare, quam omnibus ornamentis circumdatam (unde Pandoræ ei nomen fuit) Mercurio comite ad Epimetheum misit. Cui quamquam præceperat frater Prometheus, ne quando munus a Jove acciperet, sed quod forte oblatum esset, statim remitteret, tamen is moniti immemor recepit ad se Pandoram, quæ cum pyxiden illam suam aperuisset, omne malorum genus per homines dispersit, sola spe in vasculo re-

k Nupt. Pel. et Thet.

l V. 54 sqq.

m Verba scholiastæ hæc sunt: *περὶ τοῦ τὸν Προμηθέα περὶ Ἀκαδημίαν καὶ τὸν Κολωνὸν ἱδρύσθαι Ἀπολλόδωρος γράφει οὕτως· Συντιμᾶται δὲ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ, καθάπερ ὁ Ἥφαιστος· καὶ ἐστὶν αὐτῷ παλαιὸν ἵδρυμα καὶ ναὸς ἐν τῷ τεμένει τῆς θεοῦ. δείκνυται δὲ καὶ βάσις ἀρχαία κατὰ τὴν εἴσοδον, ἐν ᾗ τοῦ τε Προμηθέως ἐστὶ τύπος καὶ τοῦ Ἡφαίστου. πεποίηται δὲ, ὡς καὶ Λυσιμαχίδης φησὶν, ὁ μὲν Προμηθεὺς πρῶτος καὶ πρεσβύτερος ἐν δεξιᾷ σκῆπτρον ἔχων, ὁ δὲ Ἥφαιστος νέος καὶ δεύτερος. καὶ βωμὸς ἀμφοῖν κοινός ἐστιν ἐν τῇ βάσει ἀποτετυπωμένος.*

n Opp. v. 41. 47.

manente. Prometheum vero Jupiter, iratus quod secum consilio et astutia contendisset, firmissimis compedibus vinculisque durissimis ad columnam alligavit; eique aquilam[o] immisit, hepar ejus comedentem, sic ut quantum interdiu devorasset aquila, noctu recresceret. Ab hac peste Prometheum Hercules liberavit, eumque cum Jove in gratiam reduxit.

Huic igitur fabulæ veritatem aliquam historicam subesse, jam olim qui crederent non defuerunt. Herodorus enim prodidit[p] Prometheum regem fuisse Scytharum, quem, cum subditis victum præbere non posset, propterea quod 'Aετὸς fluvius agros inundaverat, Scythæ in vincula conjecerint. Herculem vero, cum in istas regiones venisset, fluvium 'Aετὸν in mare deduxisse (unde occisæ aquilæ orta sit fabula) Prometheumque vinculis liberasse. Similiter Agroetas in decimo tertio Scythicorum libro narravit[q], flumine illo 'Aετῷ optimam et fertilissimam Promethei terram afflictam fuisse; inde ortam esse fabulam de hepate ejus ab aquila depasto[r]; ἧπαρ enim, sicut οὖθαρ, a multis dici *terram fructuosam*. Cum deinde Hercules fossis aquam derivasset, id narrationi de cæde aquilæ et liberatione Promethei per Herculem facta locum dedisse. Verum enim vero, hæc omnia magis historicam fabulæ antiquioris interpretationem, quam veteris alicujus memoriæ veritatem, recentioris fabulæ causam prodere videntur. Equidem historicam personam fuisse Prometheum vix crediderim. Sed primas de Prometheo fabulas comminiscendi origines ab observatione philosophorum repetendas esse existimo, qui artium, inprimis ignis, inventionem τῇ προμηθείᾳ deberi docuissent. Hanc deinde προμήθειαν poetæ, quos prosopopœia unice delectari notum est, in personam mutarunt, eique Promethei nomen indiderunt. Et quoniam προμηθείας s. animi sollertiæ duplex

[o] Nonnullos *vulturem* ei immissum finxisse, colligitur ex his Petronii versiculis:

Qui vultur jecur intimum pererrat
Et pectus trahit, intimasque fibras,
Non est, quem lepidi vocant poetæ,
Sed cordis mala, livor atque luxus.

[p] Teste Eudocia in 'Ιωνιᾷ p. 346. [q] Ibid. p. 347. [r] Diodorus Siculus autem 1, 19. narrat, istam inundationem Nili fuisse in Ægypto, cui tum Prometheus imperio præfuerit; Nilumque inde nomen aquilæ accepisse propter celeritatem irruptionis. Herculem deinde fluvium in pristinos alvi fines coercuisse. Postea istam rem a Græcorum poetis ad fabulam de aquila, Promethei jecur depascente, detortam esse.

vis est, altera ad artes inveniendas, altera ad fraudes excogitandas, duplex etiam nata est fabularum series; una, quæ Prometheo ignis, imo omnium fere artium inventionem, altera, quæ ei varias fraudes, quibus vel Jovem decipere ausus sit, tribueret. Eadem res effecit, ut alii Prometheum hominem esse perhiberent, alii deum et immortalem esse fingerent. Jamque patentibus fabularum rivis, alii commentum de Epimetheo, alii de pœnis Promethei vel merita in genus humanum, vel fraudes in Jovem secutis, figmenta addiderunt; alii, qui Herculis facinora omnibus modis augere atque exornare vellent, eum ab hoc heroë liberatum esse tradiderunt. Tum secuti sunt historici, qui fabulas illas ad rerum gestarum veritatem revocare cuperent. Postremo recentiores philosophi novas inde pro consilio suo allegorias, variamque ad præcepta sua fabulam accommodandi materiam quæsiverunt. Quid? quod patres quidam ecclesiastici Prometheum cum Jesu Christo compararunt.

Fraudem Promethei in carnium distributione commissam multi scriptores memorant, præsertim, qui, Luciani exemplo, ridendi occasionem captant. Æschylus vero eam pro severitate consilii plane omisit. Aliquo tamen cum hac fabula nexu conjunctum esse videtur id quod Æschylus dicit in sacrificiis Prometheum reperisse *κνίσσῃ κῶλα συγκαλυπτὰ*, sive ex hoc sacrificii ritu ridiculum illud commentum primum ortum sit, sive Æschylus aliique in ejus locum hoc substituerint, quod Prometheo inventori ritum in sacrificiis ossa et carnes adipe contegendi tribuerent. Prior autem ratio verisimilior est, præsertim si comparetur cum Hygini narratione, quam integram lectoris oculis subjicimus[s].

[s] Poet. astron. 2, 15. *Antiqui, cum maxima ceremonia deorum immortalium sacrificia administrabant, soliti sunt totas hostias in sacrorum consumere flamma. Itaque cum propter sumtus magnitudinem sacrificia pauperibus non contingerent, Prometheus qui propter excellentiam ingenii miram homines finxisse existimatur, recusatione dicitur ab Jove impetrasse, ut partem hostiæ in ignem projicerent, partem in suo consumerent usu. Itaque postea consuetudo firmavit, quod cum facile a deo, non ut ab homine avaro, impetrasset, ipse Prometheus immolat tauros duos, quorum primum jecinora cum in ara posuisset, reliquam carnem ex utroque tauro in unum compositam, corio bubulo texit. Ossa autem, quæ circum fuerunt, reliqua, pelle contecta, in medio collocavit, et Jovi fecit potestatem, ut quam vellet eorum sumeret partem. Jupiter autem, etsi non pro divina fecit cogitatione, nec ut deum decebat, omnia qui debuit ante providere, sed (quoniam credere instituimus*

Beneficia, quibus Prometheus humanum genus affecit, varie a scriptoribus describuntur. Antiquissima vero fabula fuisse videtur, quæ ignis inventionem Prometheo tribuit; ignem enim in ferula a Prometheo surreptum esse, ante Æschylum jam Hesiodus auctor est Oper. v. 52.

τὸ μὲν αὖθις ἐῢς παῖς Ἰαπέτοιο
Ἔκλεψ' ἀνθρώποισι Διὸς παρὰ μητιόεντος
Ἐν κοΐλῳ νάρθηκι.

Is autem ignem antea quidem jam mortalibus notum, post a Jove iis subtractum et absconditum, denique a Prometheo

historiis) deceptus a Prometheo, utrumque putans esse taurum, delegit ossa pro sua dimidia parte. Itaque postea in solennibus et religiosis sacrificiis carne hostiarum consumta, reliquias, quæ pars fuit deorum, eodem igni comburunt. Sed ut ad propositum revertamur, Jupiter, cum factum rescisset, animo permoto mortalibus eripuit ignem, ne Promethei gratia plus deorum potestate valeret, neve carnis usus utilis hominibus videretur, cum coqui non posset. Prometheus autem consuetus insidiari, sua opera ereptum mortalibus ignem restituere cogitabat. Itaque ceteris remotis venit ad Jovis ignem, quo diminuto et in ferulam conjecto, lætus, ut volare non currere videretur, ferulam jactans, ne spiritus interclusus vaporibus exstingueret in angustia lumen. Itaque homines adhuc plerumque, qui lætitiæ fiunt nuntii, celerrime veniunt. Præterea totum a certatione ludorum (forte leg. *notum a certatione ludicrum*) *cursoribus instituerunt ex Promethei consuetudine, ut currerent lampadem jactantes. Pro quo Jupiter facto mortalibus parem gratiam referens, mulierem tradidit his, quam a Vulcano factam deorum voluntate omni munere donavit. Itaque Pandora est appellata. Prometheum autem in monte Scythiæ, nomine Caucaso, ferrea catena vinxit; quem alligatum ad triginta millia annorum Æschylus tragœdiarum scriptor dixit. Præterea admisit ei aquilam, quæ assidue noctu renascentia jecinora exesset. Hanc autem aquilam nonnulli ex Typhone et Echidna natam, alii ex Terra et Tartaro, complures Vulcani factam manibus demonstrant, animamque ei ab Jove traditam dicunt. Sed ejus de solutione hanc memoriæ proditam esse causam. Quum Jupiter Thetidis connubium pulchritudine corporis inductus peteret, neque a timida virgine impetraret, neque ea re minus efficere cogitaret, illo tempore Parcæ cecinisse feruntur fata, quæ perfici natura voluit rerum; dixerunt enim, quicunque Thetidis fuisset maritus, ejus filium patria fore laude clariorem. Quod Prometheus non voluntate, sed necessitudine vigilans, auditum Jovi nuntiavit. Qui veritus, ne id, quod ipse Saturno patri fecisset, in simili causa pati regno privatus cogeretur, destitit Thetim velle ducere uxorem, et Prometheo pro beneficio meritam retulit gratiam, eumque vinculis liberavit, neque, quod illi fuerat juratus, remisit, vacuum omni alligatione futurum. Sed memoriæ causa ex utraque re, hoc est, lapide et ferro sibi digitum vincire jussit. Qua consuetudine homines usi, quo satisfacere Prometheo viderentur, annulos lapide et ferro conclusos habere cœperunt. Nonnulli etiam coronam habuisse dixerunt, ut se victorem impune peccasse diceret.* — —

Lampadum certaminis in honorem Promethei ab ara ejus in academia Athenis instituti mentionem facit etiam Pausan. Attic. cap. 30. De annulo Promethei etiam Plinius loquitur H. N. 33, 4. 37, 1.

iterum iis redditum esse refert. In quo ab ejus vestigiis recessit Æschylus; quippe qui ignis primum hominibus tributi honorem Prometheo diserte tribuit. Eandem fabulam narrant aut sequuntur Apollodorus, Lucianus, Hyginus, Diodorus Siculus, Attius, Horatius, multique alii. Varie autem Promethea ignis inventio ab antiquis scriptoribus explicatur. Diodorus Siculus eum igniariorum repertorem fuisse existimat. Plinius autem, cum ignem e silice monstravisset Pyrodes Cilicis filius, Prometheum eundem in ferula asservari docuisse tradit. Alii ut Theophrastus (ap. Eudociam p. 347.) ad philosophiæ doctrinam traxerunt. Argivos etiam totam ignis inventionem Prometheo abjudicasse Phoroneoque tribuisse, e Pausania[t] constat. Præter ignem alias quam plurimas, imo omnes artes eum invenisse, additamentum est, quo Æschylus aliique, suo ingenio et consilio obsecuti, rem amplificarunt. Plato, qui in Politico ignem quidem a Prometheo, ceteras vero artes a Vulcano ejusque artis consorte, h. e. Minerva[u], deducit, idem tamen aliter hanc fabulam contexit. Ἦν γάρ ποτε χρόνος, ὅτε θεοὶ μὲν ἦσαν, θνητὰ δὲ γένη οὐκ ἦν· ἐπειδὴ δὲ καὶ τούτοις χρόνος ἦλθεν εἱμαρμένος γενέσεως, τυποῦσιν αὐτὰ θεοὶ γῆς ἔνδον, ἐκ γῆς καὶ πυρὸς μίξαντες, καὶ τῶν ὅσα πυρὶ καὶ γῇ κεράννυνται. ἐπειδὴ δ' ἄγειν αὐτὰ πρὸς φῶς ἔμελλον, προσέταξαν Προμηθεῖ καὶ Ἐπιμηθεῖ κοσμῆσαί τε καὶ νεῖμαι δυνάμεις ἑκάστοις ὡς πρέπει. Προμηθέα δὲ παραιτεῖται Ἐπιμηθεὺς αὐτὸς νεῖμαι. Νείμαντος δέ μου, ἔφη, ἐπίσκεψαι. Καὶ οὕτω πείσας νέμει.—Ἅτε δὴ οὖν οὐ πάνυ τοι σοφὸς ὢν ὁ Ἐπιμηθεὺς, ἔλαθεν αὐτὸν καταναλώσας τὰς δυνάμεις εἰς τὰ ἄλογα. Λοιπὸν δὴ ἔτι ἀκόσμητον αὐτῷ ἦν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ ἠπόρει ὅ τι χρήσαιτο. Ἀποροῦντι δὲ αὐτῷ ἔρχεται Προμηθεὺς ἐπισκεψόμενος τὴν νομήν· καὶ ὁρᾷ τὰ μὲν ἄλλα ζῶα ἐμμελῶς πάντων ἔχοντα, τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνόν τε καὶ ἀνυπόδητον, καὶ ἄστρωτον καὶ ἄοπλον. Ἤδη δὲ καὶ ἡ εἱμαρμένη ἡμέρα παρῆν, ἐν ᾗ ἔδει καὶ ἄνθρωπον ἐξιέναι ἐκ γῆς εἰς φῶς. Ἀπορίᾳ οὖν ἐχόμενος ὁ Προμηθεὺς, ἥντινα σωτηρίαν τῷ ἀνθρώπῳ εὕροι, κλέπτει Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς τὴν ἔντεχνον σοφίαν σὺν πυρὶ (ἀμήχανον γὰρ ἦν ἄνευ πυρὸς αὐτὴν κτητήν τῳ ἢ χρησίμην γενέσθαι) καὶ οὕτω δὴ δωρεῖται ἀνθρώπῳ. Τὴν μὲν οὖν περὶ τὸν βίον σοφίαν ἄνθρωπος ταύτῃ ἔσχε· τὴν δὲ πολιτικὴν οὐκ εἶχεν. Ἦν γὰρ παρὰ τῷ Διί. τῷ δὲ Προμηθεῖ εἰς

[t] 2, 19. p. 153. ed. Kühn. [u] c. 16.

μὲν τὴν ἀκρόπολιν τὴν τοῦ Διὸς οἴκησιν οὐκέτι ἐνεχώρει εἰσελθεῖν (πρὸς δὲ καὶ αἱ Διὸς φυλακαὶ φοβεραὶ ἦσαν), εἰς δὲ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ Ἡφαίστου οἴκημα τὸ κοινὸν, ἐν ᾧ ἐφιλοτεχνείτην, λαθὼν εἰσέρχεται· καὶ κλέψας τήν τε ἔμπυρον τέχνην τὴν τοῦ Ἡφαίστου, καὶ τὴν ἄλλην τὴν τῆς Ἀθηνᾶς, δίδωσιν ἀνθρώπῳ· καὶ ἐκ τούτου εὐπορία μὲν ἀνθρώπῳ τοῦ βίου γίγνεται· Προμηθέα δὲ δι' Ἐπιμηθέα ὕστερον (ᾗπερ λέγεται) κλοπῆς δίκη μετῆλθεν. Hanc fabulam de artibus a Prometheo inventis secuta est illa[x], qua eum fictilium simulacrorum inventorem esse narrabant. *Cujus artificii*, Lactantius, *detestabilis*, inquit, *et inepti auctor fuit Prometheus patruo Jovis Japeto natus. Nam cum primum Jupiter summo potitus imperio tanquam deum se constituere vellet, ac templa condere, et quæreret aliquem, qui humanam figuram posset exprimere, tunc Prometheus extitit, qui hominis effigiem de pingui luto figuraret, ita verisimiliter, ut novitas ac subtilitas artis miraculo esset. Denique illum et sui temporis homines et postea Poetæ tanquam fictorem veri ac vivi hominis prodiderunt, et nos quoties fabrefacta signa laudamus vivere illa et spirare dicimus.* Recte autem observat Lactantius, fabulam, quæ Prometheum creatorem generis humani facit, ex illa, quæ eum fictilium simulacrorum auctorem nuncupabat, fluxisse. Secundum Ovidium enim[y]

Natus homo est, sive hunc divino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo,
Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat semina cœli.
Quam satus Iapeto, mistam fluvialibus undis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.

Nec defuerunt, qui modum creationis curiosius describerent. Etenim Horatio teste[z] ferebatur Prometheus

addere principi
Limo coactus particulam undique
Desectam et insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.

Inter officia Promethei erga Jovem præter consilia ei in

[x] Ejus etiam consiliis Deucalionis arcam fabrefactam esse auctor est Apollodor. 1, 7, 2.

[y] Metam. 1, 78. sqq.

[z] Carm. 1, 16, 13. ubi conf. Acron. Alludunt ad hanc fabulam Juvenal. 14, 35. Phædr. fab. 4, 4. Claudian. Consul. Honor. 232.

bello adversus Titanas data, et vaticinium de periculo ex Thetidis nuptiis, memoratur etiam hoc, quod Jovis caput, Pallade gravidum, securi percusserit, ut illa exsilire posset, quod alii Vulcano tribuebant[a].

Irarum Jovis in Prometheum causæ fuerunt, fraus Promethei in carnium partitione, nimia in homines benevolentia, ignis furtum[b].

De pœna ejus, præter Æschylum, qui primum eum in Scythico deserto affixum, deinde sub terram dejectum, post iterum in lucem protractum atque ad Caucasum alligatum fuisse scripsit, reliqui omnes eum in Caucaso vinctum perhibent[c].

"Observandum vero, duos ab historicis Caucasos memorari, quorum alter Colchicus sit, alter Indicus, et utrique fabulam hanc de Prometheo ab aliquibus assignari. At quod de Indico narratur, omnino commentum est, ab assentatoribus Alexandri certissime confictum. Nam Macedones montem eum, quem Alexander cum exercitu superavit, Caucasum nominarunt, *ἅπερ οἱ ἐπιχώριοι κατὰ μέρος Παροπάμισόν τε καὶ Ἠμωδὸν, καὶ Ἴμαον, καὶ ἄλλα ὀνομάζουσι, Μακεδόνες δὲ Καύκασον*, Strabo l. 15. Qui Alexandrum inter Deos referre cupiebant, omnia de Baccho et Hercule ad eum transferebant; quinetiam locum ipsum ostendebant, quo Prometheus vinctus sit. Strab. l. 15. *ἰδόντες σπήλαιον ἐν τοῖς Παροπαμμισάδαις ἱερὸν τοῦτο ἐνεδείξαντο Προμηθέως δεσμωτήριον.* Arrian. Exp. Al. 5. *Φημίσαι ὅτι τοῦτο ἄρα ἦν τοῦ Προμηθέως τὸ ἄντρον, ἵνα ἐδέδετο· καὶ ὁ ἀετὸς, ὅτι ἐκεῖσε ἐφοίτα, δαισόμενος τῶν σπλάγχνων τοῦ Προμηθέως· καὶ ὁ Ἡρακλῆς ὅτι ἐκεῖσε ἀφικόμενος, τόν τε ἀετὸν ἀπέκτεινε καὶ τὸν Προμηθέα τῶν δεσμῶν ἀπέλυσε.* Hoc itaque omnino rejiciendum, utpote a fœda et imperita assentatione profectum, quod optime Strabo observavit l. 11.: *ἡ δόξα τοῦ ὄρους καὶ τοὔνομα, καὶ τὸ τὸν Προμηθέα παραδεδόσθαι δεδεμένον ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς γῆς ἐν τῷ Καυκάσῳ, χαριεῖσθαί τι τῷ βασιλεῖ ὑπέλαβον· τοὔνομα τοῦ ὄρους μετενέγκαντες εἰς τὴν Ἰνδικήν.*" STANL.

Allegoricæ fabulæ Promethei interpretationes multæ fuere.

[a] Apollodor. 1, 3, 6.

[b] Cf. præter Æschylum nostrum Hesiod. ll. supra cc. Apollodor. 1, 7, 1. Hygin. l. c. et fab. 144. Serv. ad Virgil. Eclog. 6, 42. Lucian. in Prometh. qui et hominum creationem inter ejus crimina recensentem inducit Mercurium.

[c] Inter quos præter eos, quos infra laudabimus, Apollonius Rhod. 2, 1247 sqq., Valer. Flacc. 5, 155 sqq.

Vid. Plotin. Ennead. 4. 3, c. 14, Suidas in Προμηθεὺς, Eudociæ Ἰωνιὰ in cap. de Prometheo.

Pausanias[d] apud Panopenses in ipsa via e crudo laterculo signum vidit e lapide Pentelico, quod quidam Æsculapium, alii Prometheum esse dicebant. Ejus rei testimonia se habere putabant, quod ad præruptas torrentis ripas saxa jacebant ea magnitudine, ut singula plaustrum onerare possent. Color illis non terreni luti, sed qualis in sabulo rivorum et torrentium cernitur. Odorem etiam humani prope corporis incolarum opinione referebant; reliquias eas esse aiebant luti illius, e quo genus humanum Prometheus finxerit.

Tabula, in qua Prometheus vinctus cum Hercule mox eum liberaturo pictus erat, qualem etiam Pausanias in templo Jovis Olympii viderat 5, 10, 6. luculenter describitur apud Achillem Tatium 3, 8.

Locus, ubi in hac tragœdia Prometheus affixus esse fingitur, citra dubium est rupes Scythica; et recte quidem Stanleius observavit intelligi Scythiam Europæam, quæ ab Istro ad Tanaim pertinebat. Scythiam aperte Æschylus designat versu 2. Clarius etiam scenæ, in qua fabula geritur, notitiam informat v. 415. ubi vicini Prometheis scopulis dicuntur Colchi, et Scythæ circa paludem Mæotidem. Æschylus itaque finxit Prometheum ad rupem quandam in desertis Scythiæ partibus affixum fuisse, ita quidem ut facie versus Occidentem hibernum conversus esset et Pontum Euxinum in prospectu haberet. Nam eum haud procul a mari alligatum fuisse exinde patet, quod sub finem fabulæ ipse ait se videre cœlum ponto misceri, ξυντετάρακται αἰθὴρ πόντῳ, quod, nisi e loco, ubi affixus erat, in mare prospicere licuisset, utique dicere non potuisset. Si vero aliis magis placeat scenam Promethei vincti versus Oceanum quem Scythicum veteres appellabant, ac fortasse in promontorio Scythico, cujus hic ibi mentionem faciunt (v. c. Plin. Hist. Nat. lib. 6. c. 20.), ponere, pertinacius me repugnantem non habebunt. Hoc vero certissimum arbitror, falsam esse eorum opinionem, qui putant in hac fabula ex mente poetæ Prometheum ad Caucasum religatum fuisse, et in hoc monte veram dramatis scenam esse quærendam. Id primum refellitur docta grammatici observatione, qui ad vers. 1. hæc adnotavit: ἰστέον δὲ ὅτι οὐ κατὰ τὸν κοινὸν λόγον ἐν Καυκάσῳ

[d] 10, 4.

φησὶ δεδέσθαι τὸν Προμηθέα, ἀλλὰ πρὸς τοῖς Εὐρωπαίοις τέρμασι τοῦ Ὠκεανοῦ, ὡς ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν Ἰὼ λεγομένων ἐστὶ συμβαλεῖν[e]. Respicit nimirum grammaticus, v. 717, ubi Prometheus Ioi suadet, ne fluvium, quem Hybristen appellat, prius transgrediatur, quam ad Caucasum montium altissimum pervenerit. Atqui si hæc verba is pronuntiasset, qui ipse in Caucaso versaretur, nihil fuisset ineptius. Accedit quod Æschylo statim in principio Caucasus nominandus fuisset, si ibi voluisset hanc fabulam geri. Nunc diserte nominat Scythiam desertam, v. 2. de Caucaso plane silet. Denique commentum hoc refellitur Chori carmine v. 411. sqq. ubi inter vicinas gentes, quæ miserari fortunam Promethei dicuntur post Asiatas, Colchos, Scythas, ultimo demum loco nominantur Caucasi accolæ, *ὑψίκρημνον οἳ πόλισμα Καυκάσου πέλας νέμονται,* de quibus profecto Chorus nec hoc modo, et alio ordine locutus esset, si in ipso Caucaso jam pedem fixisset. Sed Pauwium, et qui cum eo sentiunt, in errorem induxit scriptorum Æschylo recentiorum narratio, qui uno ore omnes Prometheum ad Caucasum religatum fuisse testantur: quam famam Æschylum ipsum quoque in Prometheo soluto esse secutum ex Cicerone cognoscimus Quæst. Tusc. 2, 10. quem locum inter fragmenta illius fabulæ retulimus. SCHUETZIUS.

Facta et fata Promethei tribus fabulis pertractavit Æschylus, tragœdiis duabus, Prometheo vincto et Prometheo soluto,

e Hoc scholion in codice Parisino 2787. ap. Faehsium in Sylloge p. 3. sic est in contrariam sententiam interpolatum, *ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τῷ Καυκάσῳ φησὶ δεδέσθαι τὸν Προμηθέα, πρὸς τοῖς Εὐρωπαίοις μέρεσι δὲ τοῦ Ὠκεανοῦ καὶ οὐκ ἀλλαχοῦ, ὡς ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν Ἰὼ λεγομένων ἐστι συμβαλεῖν.* ubi *Ὠκεανοῦ* ex antiquiore illo scholio oscitanter est repetitum, contra mentem scholiastæ recentioris, qui *Καυκάσου* scripserat, quod ex ejusdem codicis scholio ad v. 563. restituit Hermannus Opusc. vol. 4. p. 263. *κατήντησε (ἡ Ἰὼ) καὶ ἔνθα ἦν ὁ Προμηθεὺς δεδεμένος πρὸς τοῖς Εὐρωπαίοις μέρεσι τοῦ Καυκάσου, καὶ ὁρᾷ αὐτὸν ἐκεῖσε προσηλωμένον ἐν ταῖς πέτραις τοῦ ὄρους.* Idem illud scholion ex alio codice jam Stanleius ediderat sic scriptum, *Ἰστέον ὅτι ἐν τῷ Καυκάσῳ οὐ φησὶ δεδέσθαι τὸν Προμηθέα, ἀλλὰ πρὸς τοῖς Εὐρωπαίοις τέρμασι τοῦ Ὠκεανοῦ, ὡς ἀπὸ—συμβαλεῖν·* ubi *οὐ* loco non suo collocatum ex conjectura vel librarii vel editoris est insertum, qui non animadvertisset *Ὠκεανοῦ* in *Καυκάσου* esse mutandum. Ceterum aliis quoque in scholiis quum ad hunc versum tum ad alios locos Caucaso alligatus esse dicitur Prometheus, defenditque hanc interpretationem contra Schuetzium Welckerus in libro de trilogiis Æschyli p. 33. et in Appendice p. 60. G. DINDORF.

dramate autem satyrico uno, Prometheo ignifero. Satyricum drama trilogiæ ex Phineo, Persis et Glauco Potniensi compositæ additum fuisse, quæ archonte Menone, olympiadis 76, 4. eponymo, in scenam est producta, ex didascaliis prodidit Persarum argumenti scriptor. Qui licet satyricam fabulam simplici Promethei nomine appellaverit, quo fortasse in didascaliis quoque notata fuit, tamen non dubium est quin Prometheum *πυρφόρον* intellexerit, cujus nomen non solum in veterem Æschyli fabularum catalogum est relatum, sed etiam ab scholiasta ad Promethei vincti v. 94. Gellioque N. A. 13, 18. commemoratum. Ab eo ut non diversum esse credamus quem Pollux 9, 156. *πυρκαέα* vocat Prometheum (*Ὁ δ' ἐμπρήσας τάχ' ἂν πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο κατ' Αἰσχύλον καὶ Σοφοκλέα, οὕτως ἐπιγράψαντας τὰ δράματα, τὸν μὲν τὸν Προμηθέα, τὸν δὲ τὸν Ναύπλιον.*) ipsa nominum similitudo suadet, quum nec duas ejusdem fere argumenti fabulas satyricas edidisse Æschylum verisimile videatur, nec Prometheum *πυρφόρον* pro tragœdia habere liceat: aptissima enim hæc fabulæ Prometheæ pars satyrico dramati est, inepta tragœdiæ. Itaque nihil aliud relinquitur quam ut Pollucem Sophocleæ fabulæ cognomen memoriæ errore, quem alio loco (10, 64.), ubi versus quidam ex Prometheo *πυρκαεῖ* affertur, repetivit, communicasse credamus, cui ne satis aptum quidem est, quum Promethei crimen non tam in eo positum sit quod ignem accendit quam quod accensum ad mortales attulit, unde ab Sophocle quoque Œdip. Col. 55. *πυρφόρος θεὸς Τιτὰν Προμηθεύς* dictus est, non *πυρκαεύς*.

Tragœdiæ Promethei vincti et Promethei soluti nominibus inscriptæ nec quo tempore editæ sint constat, nisi quod Prometheum vinctum post olymp. 75, 2. scriptum esse probabile est, de quo ad v. 367. exponetur, neque illud exploratum habemus utrum eadem ambæ trilogia comprehensæ an diversis editæ temporibus fuerint. Qui ejusdem trilogiæ fuisse crediderunt viri docti non solum argumenti cohærentia in hanc sunt sententiam deducti, sed etiam scholiastæ testimonio, qui ad fabulæ superstitis v. 511. annotavit, *ὅ ἐστιν, οὔπω μοι λυθῆναι μεμοίραται· ἐν γὰρ τῷ ἑξῆς δράματι λύεται· ὅπερ ἐμφαίνει Αἰσχύλος.* Argumenti cohærentia quam fallax in hujusmodi quæstionibus argumentum sit quum pluribus ostendi possit exemplis, satis erit Sophoclis Œdipum regem et Œdipum Coloneum memorari, quæ fabulæ multorum annorum intervallo sunt sepa-

ratæ: scholiastæ autem annotatio tam ambigua est ut nihil aliud ex ea colligi possit quam grammaticum quendam, cujus de ætate et auctoritate nihil compertum habemus, post vinctum Prometheum in codice suo solutum repperisse Prometheum prædictionemque Promethei v. 510—514 ad ea rettulisse quæ in proxima tragœdia essent eventura, licet manifestum sit et illa et alia hujus generis (velut v. 176. 524. 1024—1029.) ab Æschylo, etiam si Prometheum solutum nunquam scripsisset, fingi potuisse. Accedit ad hoc quod multa hujusmodi hariolati sunt grammatici, interdum adeo contra manifestas temporum rationes, ut in exemplis ad Aristophanis Fragmenta p. 551. 552. ed. Oxon. allatis. Itaque conjicere quidem licet ejusdem utramque tragœdiam trilogiæ fuisse, certo affirmare non licet.

---

1. ΚΡΑΤΟΣ] *Κράτος* et *Βία* jam ab Hesiodo (Theog. v. 385.) memorantur, qui eos cum *Ζήλῳ* et *Νίκῃ* Stygis Oceani filiæ ex Pallante filios esse perhibet. Has ait semper apud Jovem sedere, neque unquam ab eo segregari. (Similiter Callimachus hymn. in Jov. et Apollodor. lib. 1.) *Βία* autem in hac tragœdia muta persona est. *Κράτος* enim suo et illius nomine loquitur. SCH. (i. e. Schuetzius).

χθονὸς] Scholiasta Aristophanis ad Ran. 827. Æschylum *ἐριβρεμέταν* a poeta dictum ostendens *διὰ τὸ βροντῶδες τῶν ῥημάτων καὶ κομπῶδες*, ob tonitrua verborum et sublimem sonitum, sex priores hujus tragœdiæ versus citat, ut Æschyleæ grandiloquentiæ exemplum præbeat, non magno quidem judicio: certe in quatuor prioribus nihil admodum sonorum, nihil quod supra Euripidem, nedum supra Sophoclem se attollat; in duobus proximis est quidem Æschyleæ grandiloquentiæ aliquid, sed quod ab eodem sexcentis in locis superetur; ut, si totam periocham a scholiaste citatam spectes, nullo modo pro exemplo *τοῦ βροντώδους καὶ κομπώδους* adduci mereatur. STANL. Totam hanc scenam paraphrasi donavit Lucianus in dialogo qui Prometheus vel Caucasus inscribitur. BLOMF.

εἰς] Scribendum *ἐς* ex schol. Aristoph. Ran. 827. (ubi codex Rav. *εἰς*) et, qui scholiastam exscripsit, Suida s. v. *ἐριβρεμέτας*. estque hæc forma ubique Æschylo restituenda ante literas consonantes: de quo dixi ad Aristoph. Acharn. 242.

2. Σκύθην ἐς οἶμον] Pro Σκυθικὸν dictum annotavit Eustath. ad Hom. p. 775, 1. 1339, 7. ad Dionys. Perieg. v. 74. et Stephanus Byz. s. v. Σκύθης cum similibus Σκύθης ὅμιλος ex hac tragœdia v. 417. et Σκύθης σίδηρος ex Sept. ad Th. 817. Videtur autem poeta in ratione temporum peccare; appellat enim Scythiam tempore Promethei, quem tredecim generationibus Herculem antecessisse ait v. 774, cum ipsa Scythia a filio Herculis nomen obtinuerit. Stephan. Byz. l. c.: Ἐκαλοῦντο πρότερον Νομαῖοι, Σκύθαι δὲ ἀπὸ Σκύθου παιδὸς Ἡρακλέους. Atque ideo cautius loquitur Herodotus 4, 8. de adventu Herculis in eam regionem: ἐνθεῦτεν τὸν Ἡρακλέα ἀπικέσθαι ἐς τὴν νῦν Σκυθίην χώρην καλεομένην. Apud eum enim ipsi Græci ad Pontum habitantes narrant, Scythas a juniori Herculis ex Echidna filio nominatos. Loquitur igitur poeta κατὰ πρόληψιν historiæ, ut et reliqui poetæ etiam castigatissimi loquuntur. Vide A. Gell. 10, 16. Et appositissimum est quod notat Velleius Paterculus 1, 3. *Neque est quod miremur ab Homero nominari Corinthum: nam ex persona poetæ et hanc urbem et quasdam Ionum colonias iis nominibus appellat, quibus vocabantur ætate ejus, multo post Ilium captum conditæ.* STANL.

ἄβατον (ἄβατόν τ' M. Rob.)] Scholiasta Homeri Il. Ξ, 78. in codice Veneto et Lipsiensi, Βροτὸς γὰρ καὶ ὁ φώς· καὶ Αἰσχύλος "ἄβροτον εἰς ἐρημίαν," δῆλον ἐν ᾗ φὼς οὐ γίνεται. quæ repetiverunt Eustathius p. 968, 45. et Favorinus s. v. Ἀβρότη νύξ. Apud schol. Aristoph. ἄβροτον codex Venetus 474: sed ἄβατον codex Ravennas Venetique apographum 475. cum ed. Ald. et sic Suidas quoque in editionibus veteribus, pro quo nunc ἄβροτον ex codd. optimis restitutum. Accedit ad hæc glossa Hesychii, Ἄβροτον: ἀπάνθρωπον, ad locum Æschyli probabiliter relata ab Sopingio. Qui trium grammaticorum consensus facit ut ἄβροτον non fortuito unius codicis vitio illatum, sed communis antiquorum librorum lectio fuisse videatur, cui non obstat quod ἄβατον apud Synesium legitur Epist. p. 35. nisi apud hunc quoque lectio ab librariis est interpolata, ut in libris quibusdam scholiastæ Aristophanis et Suidæ factum vidimus.

ἐρημίαν] Τῶν Σκυθῶν ἐρημίας meminit Strabo 1. p. 59. *Inhabitabilis ejus prima pars*, inquit Plinius H. N. 6, 17. *a Sythico promontorio ob nives; proxima inculta sævitia gentium.* Adeo sane deserta ut in proverbium abierit ἡ Σκυθῶν ἐρημία. Vid.

Aristoph. Acharn. 704. Plut. Mor. p. 1043. Proverb. Vat. 3, 39. [Bodleiana ap. Gaisford. p. 103.] Curtium 7, 33. STANL.

3. Interpunctionem in editionibus antiquioribus non post *ἐρημίαν*, sed post *Ἥφαιστε* positam correxit Stephanus.

ἐπιστολάς] Per *ἐντολάς* et *ἐπιταγάς* ex h. l. explicat Hesychius et citat Eustathius p. 29, 15. Vitiose Ald. et pars codicum *ἐπιτολάς*. Ἐπιστολὰς metri caussa pro *ἐπιτολάς* dictum esse Thomæ M. commentum est s. v. *ἐνετειλάμην* p. 121, 6. ed. Ritsch.

5. *λεωργὸν*] Ineptas quasdam explicationes excogitarunt scholiastæ prava etymologia decepti, inter quas illa quoque est, *τὸν τοὺς λαοὺς ἐργασάμενον, ἤγουν τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος· οὗτος γὰρ μυθεύεται πλάσαι τὸν ἄνθρωπον·* quam Etymologico M. p. 563, 10. intulit Turrisanus. Fabulæ de hominibus a Prometheo ex luto fictis rationem non habuit Æschylus, nec, si habuisset, hoc significatu *λεωργόν* dixisset, quod nihil aliud esse quam *πανοῦργος* vel *κακοῦργος* constans scriptorum usus docet.

6. *ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀρρήκτοις πέδαις*] *ἀδαμαντίναις πέδησιν ἐν ἀρρήκτοις πέτραις* Ald. consentiente M. ceterisque codicibus, nisi quod in quibusdam *ἀδαμαντίνης πέδησιν* vel *ἀδαμαντίναις πέδαισιν* scriptum, in aliis *ἐν* omissum est. Cum Ald. consentit etiam Rob. nisi quod *πέδαις* pro *πέδησιν* exhibet. Veram totius versus scripturam ex scholiasta Aristophanis restituit Canterus. Perturbata lectio fuit veteris errore librarii, qui *πέτραις* pro *πέδαις* scripserat, quod postmodum in margine positum ab aliis ad *δεσμῶν* est relatum eamque ob caussam *ἀδαμαντίναις* interpolatum ejecto *δεσμῶν*.

7. *παντέχνου πυρὸς σέλας*] *Omnes artes in se habentis.* Conf. v. 110. 254. BLOMF.

12. *σφῷν* Brunckius. *σφῶϊν* vel *σφῶιν* codices et edd. vett. hic et alibi, pariterque *νῶϊν* vel *νῶιν*. De quo semel monemus.

15. *πρὸς*] *τῇ* (superscr. *πρὸς*) M. *πρὸς τῇ* Rob.

16. *σχεθεῖν* Elmsleius. Libri *σχέθειν*.

17. *ἐξωριάζειν*] Hesychius, *εὐωριάζειν: ὀλιγωρεῖν, μὴ ἔχειν φροντίδα, παρακούειν. Σοφοκλῆς ἐν Σκυρίαις χρῆται τῷ εὐωριάζειν.* Photius, *εὐωριάζειν: ἀφροντιστεῖν, κατὰ ἀντίφρασιν· ὤρα γὰρ ἡ φροντίς.* Ex Etymologo p. 401, 37. discimus eos ironice dictos

fuisse *εὐώρους*, *bene curantes*, qui nihil omnino curabant; quo factum est ut vox ista, sensu primario penitus amisso, *negligentes* tandem significaret. Sed locum Etymologi integrum apponam. *Εὔωροι· ἀπαραφύλακτοι, ἀμελεῖς· ἢ ὀλίγωροι, καταφρονητικοί· παρὰ τὸ εὐωρεῖν, ὅ ἐστι φυλάσσειν, κατὰ ἀντίφρασιν, οἱ ἀπαραφύλακτοι. Εὐφορίων, Οὐδέ τοι εὔωροι θυέων. ἢ παρὰ τὸ εὖ καὶ τὴν ὥραν τὴν φροντίδα, κατὰ ἀντίφρασιν εὔωρος, ὁ μὴ φροντίζων. ἐξ οὗ καὶ εὐωρία, ἡ ὀλιγωρία καὶ ῥαθυμία.* BLOMF. Qui *εὐωριάζειν* restituit, recte, ut videtur: quam emendationem subindicaverat Porsonus obelo vulgatæ lectioni apposito. *Ἐξωριάζειν* qui defendent, fortasse Hesychii glossa utentur, qua *ἐπωριάζειν*, verbum aliunde non cognitum, per *μεριμνᾶν* explicatur, cui oppositum esse possit *ἐξωριάζειν*.

19. *ἄκοντά σ' ἄκων*] *ἄκοντ' ἄκων σε* Ald. Rob. et codex unus.

20. *προσπασσαλεύσω*] *προσπατταλεύσω* Rob. et codd. nonnulli.

πάγῳ] *τόπῳ* M. Rob. et codex Stephani. Margo duorum codicum *τρόπῳ*, quod corruptum ex *τόπῳ*, unius etiam *ὄρει*.

21. *μορφὴν βροτῶν*] *βροτῶν μορφὴν* Rob. *μορφὴν θεῶν* interpolatum in libris multis recentioribus.

22. *ὄψει* per zeugma relatum ad *φωνήν*. Sic *κτύπον δέδορκα* Sept. ad Th. 103. STANL.

φοίβῃ] *φοίβου* scholion Homericum Wassenberghii ad Il. *α*, 47.: sed *φοίβῃ* Eustathius p. 38, 3. 40, 36. 1266, 46. 1446, 32. BLOMF.

23. *χροιᾶς ἀμείψεις ἄνθος*] Solis radii vel doloris longitudo colorem mutant: vid. Hippocrat. Aphor. 4, 40. et 7, 60. Thucyd. 87. Genes. 31, 40. Chrysostom. de Paulo Apost. p. xviii. Epigramma apud Brunckii Anal. vol. 3. p. 155. *ἀπέπτατο πᾶν ἀπὸ χροιῆς Ἄνθος.* Horatii Epod. 17, 25. comparavit Wakefield. ad Soph. Trach. 30. Adde Eurip. Hippol. 177. *τί δεδήληται δέμας ἀλλόχροον βασιλείας.* Solon ap. Clem. Alex. p. 814. a Porsono citatus, *χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης.* BLOMF.

24. *ἡ ποικιλείμων νὺξ*] *Κατὰ τὸ ἐν ἄστροις ποικίλον αὐτῆς* inquit Eustath. p. 814, 23. STANL. Eurip. Hel. 1096. *ἀστέρων ποικίλματα.* Orph. Argon. 1026. *ἀστροχίτων νύξ.* Soph. Trach. 94. *αἰόλα νύξ.* Eurip. Pirith. fr. 2, 4. *νὺξ αἰολόχρως.* comparavit Griffiths.

27. *ὁ λωφήσων*] Hercules, de quo v. 872.

28. *ἐπηύρου*] Legebatur *ἀπηύρω* consentiente Eustathio p.

675, 49. *ἐπηύρω* M. Recte Elmsleius in censura ed. Blomfieldi "Vera scriptura, ni fallor, est *ἐπηύρου*. Eurip. Hec. 476. *Τίν' αἰτίαν σχὼν, ἧς ἐπηυρόμην ἐγώ.* Idem sensu non dissimili Iph. Taur. 529. *Πρὶν γὰρ θανεῖν σε, τοῦδ' ἐπαυρέσθαι θέλω.* Incertus apud Athen. p. 336 B. *Μικροῦ δὲ βιότου ζῶντ' ἐπαυρέσθαι χρεών.* Andocides, p. 75. ed. Reisk. a Stanleio allegatus: *Εἴτι ὑμᾶς χρὴ ἀγαθὸν ἐμοῦ ἐπαυρέσθαι.* Male apud Hesychium legitur *ἐπαύρασθαι*, sed grammatici, opinor, potius quam librarii vitio. Recte *ἀπολαῦσαι* interpretatur, sed postea mediam formam sæpius confundit cum activa *ἐπαυρεῖν*, quæ Atticis non videtur in usu fuisse. Præsens est *ἐπαυρίσκομαι*, neque ipsum in Atticorum scriptis hodie obvium."

34. *φθέγξει*] *φθέγξῃ* libri. Forma Attica hic et alibi a Porsono restituta.

35. *νέον*] Immemorabiles paucorum librorum lectiones *νέου, νέος, νέως*. V. 389. *τῷ νέον θακοῦντι παγκρατεῖς ἕδρας.*

36. *κατοικτίζει*] *κατοικτίζῃ* libri, nisi quod cod. Lips. *κατοικτίζεις*, quod legitur Eumen. 121.

39. *ξυγγενές*] Scribebatur *συγγενές*. Atticam formam, ubicunque in senariis, trochaicis, et anapæsticis per metrum licuit, reponendam judicavi; in melicis haud idem facturus. In tironum gratiam Photii glossas exscribam, *Ξύμβαθι: σύμβαθι. ὅλως δὲ ὁ διὰ τοῦ ξ σχηματισμὸς κοινός ἐστι τῶν τε Ἰώνων καὶ τῶν Ἀττικῶν. Ξύν: Θουκυδίδης ἀντὶ τοῦ σύν· καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως· οὕτω καὶ οἱ παλαιοὶ πάντες.* BLOMF. Sic etiam Porsonus judicaverat, recte ille sentiens diserta grammaticorum testimonia inscriptionumque Atticarum veterum exempla majoris esse facienda quam dubiam codicum auctoritatem. Antiqua scriptura Attica ex inscriptionibus cognita ΧΣΥΝ fuit, pro quo librarii centenis in locis *σύν* posuerunt quum *ξύν* deberent.

τὸ ξυγγενές τοι δεινὸν] *Τὸ ξυγγενὲς γὰρ δεινόν* Eurip. Androm. 985. Apollon. Tyan. Ep. 44. a Boissonadio comparatus, *ἀλλ' ἐστὶ γάρ πως τὸ συγγενὲς ἀκατασόφιστον καὶ πᾶν ἀνακλητικὸν αὐτοῦ τὸ οἰκεῖον.*

40. *ξύμφημ'*] Libri *σύμφημ'*.

41. In libris nonnullis interrogandi signum post *οἷόν τε* positum, *πῶς* ad sequentia relato.

42. *ἀεί* Brunckius. *αἰεὶ* libri. Forma Attica toties servata ab libris optimis poetarum Atticorum, ut dubitari non possit quin ubique sit restituenda. Multa de hac quæstione collegit

Ellendtius in Lexico Sophocleo vol. I. p. 21. 22. frustra ille defendens *αἰεὶ*, quod librarii Homero adsueti intulerunt.

γε codex Vindob. tertius. Legebatur *τε*, quod in codd. nonnullis *τι*, in aliis *τοι* scriptum.

49. *ἅπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν*] *Omnia facta, i. e. permissa, nobis sunt præterquam diis imperare.* Sophocles fragm. 94. (apud Stob. Floril. 106, 11.) *οὐ χρῆν τάδ' οὕτω δαίμονας θνητῶν πέρι πράσσειν.* Verba similia, sententia dissimilis apud Æschylum Eumen. 125. *τί σοι πέπρακται πρᾶγμα πλὴν τεύχειν κακά;*

51. *ἔγνωκα τοῖσδε κοὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω*] Notanda exquisitior verborum collocatio pro *ἔγνωκα καὶ τοῖσδ' οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω*, de qua exposui ad Aristoph. Acharn. 884. et ad Eurip. Med. 182.

52. *δεσμὰ τῷδε*] *τῷδε δεσμὰ* M. aliique nonnulli.

53. *ἐλινύοντα*] Codices plerique *ἐλιννύοντα.*

54. *ψάλια*] Paucorum codicum vitia sunt *ψάλλια, ψέλια, ψέλλια.*

56. *ῥαιστῆρι*] *Ῥαιστῆρα κρατερὸν* Vulcano tribuit Hom. Il. Σ, 477. SCH.

πέτραις] *πέτρας* duo codd.

59. *πόρους* restitutum ex Dionysio Hal. A. R. 7, 36. Marcellino in vita Thucyd. p. viii, 8. ed. Bekk. (p. 2, 9. Duk.) scholiasta Aristophanis ad Equit. 756. Libri *πόρον* (nisi quod duo codd. *τρόπον*, unus *τρόπων*), consentiente Synesio epist. 147. p. 288 A.

60. *ἄραρεν*] *Ἡρμόσθη, ἢ παγίως δέδεται* explicat Hesychius haud dubie ex hoc ipso loco. *ἄρηρεν* scriptum ap. Joannem Diac. in Hesiodi Scut. 271. qui Atticum esse perhibet *ἄρηρα*, quod Ionicæ dialecti esse constat.

62. *Διὸς νωθέστερος*] *νωθέστερος Διός* Rob.

66. *αἰαῖ*] Scribebatur *αἲ αἴ.* Veteres *αἰαῖ* conjunctim scripsisse ex Herodiani libro *περὶ μονήρους λέξεως* p. 27, 13. cognitum.

σῶν ὕπερ στένω] Scribebatur *σῶν ὑπερστένω.*

73. *γε*] Pauci codd. *σε* vel *δὲ* vel duabus lectionibus conjunctis *γέ σε.* Sic apud Eurip. Phœn. 610. *καὶ κατακτενῶ γε πρός* duo codd. *σε*, ubi vid. Porson.

74. *κάτω, σκέλη δὲ*] *κάτω δὲ σκέλη* Rob. Prometheus, ut videtur, in rupis fissura crucifixus est, distentis manibus pedi-

busque ex hac in illam partem. Lucianus, qui nostrum respicit, ait, *κατὰ μέσον ἐνταῦθά που ὑπὲρ τῆς φάραγγος ἀνεσταυρώθη, ἐκπετασθεὶς τὼ χεῖρε ἀπὸ τουτουὶ πρὸς τὸ ἐναντίον*, vol. 1, p. 186. BLOMF.

κίρκωσον] *κρίκωσον* Rob. et codd. plerique, vulgarem formam rariori substituentes. *Κίρκοι* pro *κρίκοι* dictum annotavit Hesychius et *ῥήξασα κίρκους* ex Sophocle attulit grammaticus in Crameri Anecd. vol. 1. p. 223, 9.

75. *πόνῳ*] *χρόνῳ* Rob. cum tribus quattuorve codicibus.

76. *διατόρους πέδας* fuisse qui passiva significatione dictas acciperent ex annotatione scholiastæ cognoscitur, qui recte ipse interpretatur *τὰς διαπειρούσας καὶ τιτρωσκούσας*.

πέδας] *πόδας* Rob. et codex Lips. Lucian. in Prometh. c. 2. *σὺ δὲ, ὦ Ἥφαιστε, κατάκλειε καὶ προσήλου καὶ τὴν σφῦραν ἐρρωμένως κατάφερε.*

78. *γηρύεται*] *γαρύεται* codd. tres pravo dorismo.

80. *τραχύτητα*] *θρασύτητα* codd. sex et Eumathius p. 225. *βαρύτητα* Guelf.

83. *προστίθει*] Dubitari potest annon *προστίθη* potius sit scribendum. Etymol. M. p. 478, 10. *οὕτω καὶ οἱ Ἀττικοὶ, ἐὰν μὴ χρήσωνται τῷ θι καταλήξει, χρῶνται τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν παρατατικῶν ἐν τοῖς προστακτικοῖς· οἷον, ἐτίθην, ἐτίθης, ἐτίθη, τίθη.* BLOMF.

84. *ἀπαντλῆσαι*] *ἀπαλλάξαι* codd. tres.

86. Communes Græci dixere, *δεῖ σοι τοῦδε·* primus, ut equidem arbitror, novavit Æschylus Prom. 86. *αὐτὸν γάρ σε δεῖ Προμηθέως.* Eum secuti sunt Euripides Hec. 1007. (1021.) Phœniss. 480. (484.) Hippol. 23. locisque ibi a Valckenærio indicatis, Ion. 1037. Herc. F. 1173. Auctor Rhesi 840. Comicus ignotus apud Herodianum Piersoni p. 450. *εὐρυχωρίας σε δεῖ.* Non sine specie hanc formulam reddi voluit Marklandus Iph. A. 1137. sed certissime restituit Musgravius Hel. 1444. pro *τῆς τύχης* ΜΕΛΕΙ *μόνον*. PORSON. ad Eur. Orest. 659. Citavit Eustath. p. 1497, 42.

87. *τύχης*] *τέχνης* Med. cum quindecim minimum aliis codicibus et Ald. *τύχης* ceteri et Rob.

88. *δῖος*] *διὸς* Ald. Rob. et codd. pauci.

88—91. Enumeratio ex Homero adumbrata Il. Γ. 277. *Ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις, Καὶ ποταμοὶ, καὶ γαῖα.* Lucianus 3. *ὦ Κρόνε, καὶ Ἰαπετὲ, καὶ σὺ, Γῆ μῆτερ, οἷα*

πέπονθα ὁ κακοδαίμων, οὐδὲν δεινὸν εἰργασμένος. conf. v. 1127. Recte monet scholiasta ad hunc locum, veteres solere omnia elementa testari: rarius tamen ventos et auras invocant; Virgil. Æn. 7, 593. Ciris 407. cf. Misc. Obs. 1. p. 229. BLOMF.

91. *πανόπτην*] Ita Choeph. 985. *ὁ πάντ' ἐποπτεύων τάδε ἥλιος.* STANL.

κύκλον ἡλίου] *ἡλίου κύκλον* Guelf.

93. *αἰκίαισιν*] *ἀνίαισι* Rob. et tres codd.

94. *τὸν μυριετῆ χρόνον*] Scholiasta, *πολυετῆ· ἐν γὰρ τῷ πυρφόρῳ τρεῖς μυριάδας φησὶ δεδέσθαι αὐτόν.* Hyginus Poet. astron. 2, 15. p. 456. *Prometheum in monte Scythiæ nomine Caucaso ferrea catena vinxit: quem alligatum ad triginta millia annorum Æschylus tragœdiarum scriptor ait.* Nihil aliud his verbis exprimere voluit Æschylus quam infinitum annorum numerum: de quo usu adjectivi *τρισμύριοι* dixit Leakius in *Travels in the Morea* vol. 2. p. 535. ego ad Aristoph. Eccles. 1132. Minus hyperbolice Strabo 11, p. 505. *ἅτε τοῦ Ἡρακλέους καὶ τὸν Προμηθέα λῦσαι λεγομένου χιλιάσιν ἐτῶν ὕστερον.*

95. *ἀθλεύσω*] *ἀεθλεύσω* Rob. et codd. nonnulli. Versus vulgo sic divisi *χρονον*— | *ταγὸς*— | *δεσμὸν*— | *τό τ'*— | *πῆμα*—.

97. *ἐξεῦρ'*] Scribendum *ἐξηῦρ'*.

98. *φεῦ φεῦ* M. et octo alii codices. *αἶ αἶ* Ald. Rob. Eadem scripturæ diversitas 124.

99. *πῆ*] *ποῖ* M. et octo alii cum Rob. *πεῖ* Ald.

100. *τέρματα*] *τέρμα* Ald. Rob. cum codd. plurimis. *τέρματα* primus edidit Turnebus, consentiente M. aliisque.

102. *σκεθρῶς*] *τορῶς* codd. tres.

104. *γίγνωσκονθ'* Brunckius. *γινώσκονθ'* vel *γινώσκοντ'* libri.

105. Citant Moschopulus in MS. apud Fabricii Bib. Gr. vol. 12. p. 306. et Theodorus Hyrtacenus Epp. 8. et 43. BLOMF.

107. *γέρας*] *γέρα* duo codd.

108. *ἐνέζευγμαι* M.D.N. Guelf. et *γρ.* ap. H.St., qui v. 578. comparavit, *τί ποτε ταῖσδ' ἐνέζευξας εὑρὼν ἁμαρτοῦσαν ἐν πημοναῖς. ἐπέζευγμαι* A.B.C. *ὑπέζευγμαι* Ald. Rob.

109. *Ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς Πηγὴν κλοπαίαν*] *Indago autem ignis fontem a me surreptum et in ferula conclusum. τὴν ἐν νάρθηκι θησαυρισθεῖσαν· παρόσον τῷ νάρθηκι ἐχρῶντο πρὸς τὰς ἐκζωπυρήσεις τοῦ πυρὸς, ὅθεν καὶ τῷ Διονύσῳ ᾠκείωσαν αὐτόν.* Hesych. Sic auctor Theogoniæ 565. Ἀλλά

μιν ἐξαπάτησεν ἐῢς πάϊς Ἰαπετοῖο, Κλέψας ἀκαμάτοιο πυρὸς τηλέσκοπον αὐγὴν Ἐν κοιλῷ νάρθηκι. Νάρθηξ *ferula* est, de qua Martialis, *Clara Prometheo munere ligna sumus.* Proclus ad Hesiod. Op. 1, 52, *ἔστι μὲν πυρὸς ὄντως φυλακτικὸς ὁ νάρθηξ, ἠπίαν ἔχων μαλακότητα εἴσω, καὶ τρέφειν τὸ πῦρ, καὶ μὴ ἀποσβεννύναι δυνάμενος.* Vid. Kuster. ad Suid. v. *κίρκον.* Recte monet schol. B. Æschylum *πηγὴν κλοπαίαν* dixisse, quum debuerat *πυρὸς κλοπαίου,* et *ναρθηκοπλήρωτον* pro *ἐντὸς νάρθηκος.* Sic infra v. 152. *ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις* pro *λύμαις δεσμῶν ἀδαμαντίνων.* 600. *οἰστρηλάτῳ δείματι.* Theocrit. Ep. V. *καροδέτῳ πνεύματι.* BLOMF.

111. *πάσης*] *πᾶσι* Ald. Rob. cum duobus codd. et *γρ.* ap. H.St.

πέφηνε A.B.M. aliique. *πέφυκε* Ald. Rob.

112. *τοιάσδε*] *τοιῶνδε* Vindob. quattuor. Scholiasta, *Τοιῶνδε ἁμαρτημάτων ποινὰς ἔδει εἰπεῖν, νῦν δὲ πρὸς τὸ ποινάς τὴν σύνταξιν ἀπέδωκεν.*

113. *ὑπαιθρίοις* Blomfieldus. Legebatur *ὑπαίθριος.*

ὑπαίθριος, Subdivus. ὑπὸ τὸν ἀέρα. καὶ ὕπαιθρος ὁμοίως. Photius Lex. et Suidas. *Subdivus, ὕπαιθρος.* Glossæ vett. Veteres vero plerumque *ὑπαίθριος* de persona dicebant, *ὕπαιθρος* de re. Thucyd. 1, 134. *ἵνα μὴ ὑπαίθριος ταλαιπωροίη.* Plato Sympos. p. 203 D. *ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαίθριος κοιμώμενος. τὸ ὕπαιθρον, aer subdialis; τὰ ὕπαιθρα castra; ναὸς ὕπαιθρος, templum sine tecto.* Sed in Agam. 343. *ὑπαιθρίων πάγων.* Eurip. Androm. 226. *ῥανίδ' ὑπαιθρίας δρόσου.* confer Oudendorp. ad Thom. M. in voce. Salmasium ad Tertullian. de Pall. p. 85. BLOMF.

πασσαλευτὸς ὤν] *πασσαλευτὸς,* omisso *ὤν,* decem minimum codices. *πασσαλευμένος* M. cum septem aliis et Ald. ex quo *πασσαλευόμενος* factum in cod. Cantabr. uno. *πεπασσαλευμένος* Rob. quod metro accommodatum erit, si *δεσμοῖς* scribatur. Est hæc scripturæ discrepantia ejusmodi ut non sine veri specie conjici possit alio Æschylum usum esse vocabulo, cujus glossemata sint *πεπασσαλευμένος* et *πασσαλευτός.*

114. *ἆ ἆ, ἔα ἔα*] Delendum *ἔα ἔα,* quod explicandi *ἆ ἆ* caussa adscriptum. De quo dicetur ad v. 566.

115. *τίς ἀχὼ*] Perceperat nempe Prometheus e longinquo currus alati, quo Nymphæ per aërem advehebantur, sonitum. SCH.

τίς ὀδμὰ] Notæ sunt ex Homero vestes mulierum odoratæ, *εἵματα θυώδεα* (Odyss. Φ, 52.); notus est *ἀμβρόσιος* Veneris *πέπλος* (Iliad. E, 338.); notum denique quomodo se apud eum Juno Jovis complexibus paret, et quo pacto (Iliad. Ξ, 170.):

Ἀμβροσίῃ μὲν πρῶτον ἀπὸ χροὸς ἱμερόεντος
λύματα πάντα κάθηρεν, ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ
ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ, τό ῥά οἱ τεθυώμενον ἦεν.

Sine dubio igitur Æschylus advenientes Nymphas e vestibus et capillis ambrosiæ odorem spargere finxit, cujus ad Prometheum usque dulcis aura spiraret. Is *ἀφεγγὴς* dicitur, *invisibilis*, hoc est qui ab aliquo, quem nondum oculis adspicere potest, venit. SCH. Eur. Hipp. 1391. *ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα·— ἔστ' ἐν τόποισι τοισίδ' Ἄρτεμις θεά.* Virgil. Æn. 1, 403. *Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem spiravere.* GRIFFITHS.

116. *θεόσυτος*] *θεόσσυτος* pars codicum et Ald. Rob.

κεκραμένη] Qualis semideorum est. "Alexis in Grotii Excerpt. p. 591. a Blomf. citatus, *Οὐ θνητὸς οὐδ' ἀθάνατος, ἀλλ' ἔχων τινα σύγκρασιν.* Eurip. Hel. 1137. *θεὸς ἢ μὴ θεὸς ἢ τὸ μέσον.* Cycl. 218. *μήλειον ἢ βρότειον ἢ μεμιγμένον.*" GRIFFITHS.

117. *ἵκετο τερμόνιον ἐπὶ πάγον*] Versus hic sic est metiendus

´– ◡ ◡, ´– ◡ ◡ ◡, ´◡◡ ◡ –

Alia hujus metri exempla attuli ad Aristoph. Lysistr. 277. *ᾤχετο θὤπλα παραδοὺς ἐμοί.*

119. *ὁρᾶτε*] Imperativus.

120. *θεοῖς*] *θεοῖσι* Ald. Rob.

122. Locutio Homerica est *Διὸς αὐλήν*. Od. Δ. 74. ubi Eustathius hunc versum citat: sequitur Euripides Hippol. 68. *αὐλὰν Ζανός*. BLOMF.

εἰσοιχνεῦσιν] *εἰσοιχνοῦσιν* Blomfieldus. Vocabuli Homerici formam etiam Homericam servasse videtur Æschylus. Odyss. I, 120. *οὐδέ μιν (πάτον) εἰσοιχνεῦσι κυνηγέται.* Z. 157. *λευσσόντων τοιόνδε θάλος χορὸν εἰσοιχνεῦσαν.* Ceterum libri *εἰσοιχνεῦσι* vel quod sex codd. et Rob. exhibent *εἰσιχνεῦσι*.

123. *βροτῶν*] *τῶν βροτῶν* Ald. Rob. et sex codd. *τῶν*, omisso *βροτῶν*, cod. Lips.

124. *φεῦ φεῦ*] *αἶ αἶ* tres codd. Conf. ad v. 98.

κινάθισμα] *Levis strepitus.* *κίνημα πλήθους· παραγώγως· ἐξ οὗ πλῆθος παραγίνεσθαι ὑπακούεται.* Schol. A. Hesychius, qui hæc exscribit, male *παραγίνεται* habet. A *κιναθίζω* formatur, quod Hesych. explicat per *μινυρίζω* et *κινέω*. BLOMF. *κινάθυσμα* Ald.

128. De metro recte judicavit scholiasta, *ὁ ῥυθμὸς Ἀνακρεόντειός ἐστι κεκλασμένος πρὸς τὸ θρηνητικόν.* Versus in edd. vett. sic descripti, *μηδὲν*— | *πτερύγων* — | *προσέβα*— | *μόγις* — | *κραιπνοφόροι*— | *κτύπου*— | *ἐκ δ'*— | *σύθην*—.

128. 129. Hi versus sic potius sunt dividendi

μηδὲν φοβηθῇς· φιλία γὰρ ἥδε τάξις
πτερύγων θοαῖς ἁμίλλαις προσέβα
τόνδε πάγον, πατρῴας—

pariterque in antistropho, adjecta post versus Ionicos duos clausula choriambica. Primus versus ab anacrusi incipit, *ἀνακλωμένη* Ionici formæ præposita,

⏓ | –́ ∪ – –, ∪ ∪ –́ ∪ – ∪ – ∪,

de qua dixi ad Soph. Œd. reg. 483.

128. *πτερύγων*] Nam curru alitibus juncto advenerunt: vid. v. 135. 279.

130. *πατρῴας μόγις* (*μόλις* Rob. et duo codd.) *παρειποῦσα φρένας*] Quod se patri ægre persuasisse dicunt, ut iis commeatum daret, id e vetere sexus muliebris, virginum imprimis disciplina judicandum. Sic pædagogus Antigones apud Euripidem (Phœniss. v. 89.) viam circumspicit, verens ne quis in publicum prodeuntem regis filiam vituperet. SCH.

131. *κραιπνοφόροι δέ μ' ἔπεμψαν αὖραι*] Versus hic dubitari potest utrum sic sit metiendus, –́ ∪ ∪ | –́ ∪ ∪ – | ∪ –́ –, an dactylico-trochaicus sit,

–́ ∪ ∪ –́ ∪ ∪ | –́ ∪ – –.

Una ab initio syllaba auctus est versus 135. *σύθην δ' ἀπέδιλος ὄχῳ πτερωτῷ.*

132—134. Hi versus sic rectius describentur,

κτύπου γὰρ ἀχὼ χάλυβος διῇξεν ἄντρων μυχὸν, ἐκ δ' ἔπληξέ μου
τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ.

Quo pacto hic quoque numeri Ionici ab anacrusi incipientes finiuntur clausula choriambica.

κτύπου—ἄντρων] *Sonus enim ex ferri stridore in antrum usque nostrum penetravit.* Scilicet jam antequam Prometheus

affigeretur, Oceanitides earumque pater Oceanus fama audierant, quonam supplicio ignis divisorem Jupiter affecturus esset. Itaque quum jam ingentem ferramentorum stridorem audiissent, ilico Prometheum a Vulcano jam affigi colligebant; ideoque misericordia compulsi virginalem pudorem excutiebant, patremque, ut sibi miserum cognatum visere liceret, exorabant. SCH.

134. *θεμερῶπιν*] *θερμερῶπιν* Ald. Rob. et pars codicum. *θεμερῶπιν* M. Hesychius, *Θεμερῶπις*: *ἐρασμία ἀγχόνη*. Recte Sopingius corrigere videtur, *Θεμερῶπις αἰδώς*: *ἐρασμία αἰσχύνη*.

135. *ἀπέδιλος*] *Sine sandaliis. ἀσάνδαλος. διὰ τοῦτο δῆλον ὅτι σπουδαίως παρεγένοντο, οὐδὲ τὰ οἰκεῖα πέδιλα δυνηθεῖσαι λαβεῖν.* Schol. B. Veteres *τὸ ἀνυπόδητον* festinationis indicium dicere solebant. Theocr. 24. 36. *Ἄνστα, μηδὲ ποδέσσι τεοῖς ὕπο σάνδαλα θείης.* Bion. 1, 21. *ἁ δ' Ἀφροδίτα, Λυσαμένα πλοκαμῖδας ἀνὰ δρυμὼς ἀλάληται, Πενθαλέα, νήπεκτος, ἀσάνδαλος.* Hæc Stanleius. Apollon. Rhod. 1, 43. de Medea properante, *γυμνοῖσιν δὲ πόδεσσιν ἀνὰ στεινοὺς θέεν οἴμους.* Polyæn. Strateg. 8. p. 498. *Σεμίραμις λουομένη τῶν Σιράκων ἤκουσε τὴν ἀπόστασιν· καὶ παραυτίκα ἀνυπόδητος, μηδὲ τὰς τρίχας ἀναπλεξαμένη, ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξῆλθε.* BLOMF.

ὄχῳ πτερωτῷ] Sic apud Æschylum in Eumenidibus Minerva curru per aërem advehitur; apud Euripidem Medea curru draconibus alatis juncto aufugit. SCH.

136. *αἰαῖ, αἰαῖ*] *αἶ αἶ αἶ* M. Quater scriptum in B, sexies in Cantabr. primo, bis in Ald. Rob. quibuscum consentiunt A. aliique non pauci, partim *αἶ*, partim *αἶ* exhibentes.

137. *πολύτεκνος* dicitur Tethys, quia magnum liberorum numerum Oceano pepererat, quos recenset Hesiodus in Theogonia v. 337. seqq. SCH.

138. *θ' εἱλισσομένου*] *τ' ἑλισσομένου* Ald. Rob.

140. *ἐσίδεσθ'* ab Turnebo positum paucorum librorum, ut videtur, auctoritate: plerique, inter quos M., *ἐσίδεσθέ μ'*, ut Ald. Rob. quod restituendum videtur mutata versuum divisione, *πατρὸς Ὠκεανοῦ, | δέρχθητ' ἐσίδεσθέ μ' οἵῳ δεσμῷ | προσπορπατὸς | τῆσδε—.*

141. *προσπορπατὸς*] *πρὸς πατρὸς* M.

144. 145. *ὁμίχλα* et *εἰσιδούσᾳ* ex paucis codd. reposita: plerique *ὁμίχλη* et *εἰσιδούσῃ* vel *εἰσιδοῦσι. εἰσιδοῦσα* vel *εἰσίδουσα* M.

146. *πέτραις*] *πέτρᾳ* A. et decem alii: quod præferendum videtur propter proximos dativos *ταῖσδ' ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις*.

147. *ταῖσδ'* Steph. *ταῖς* Ald. Rob. Turn. et codd. nonnulli. Recte fortasse Elmsleius *τᾷδ'*, collato v. 968. *τῇδε λατρεύειν πέτρᾳ*.

ἀδαμαντοδέτοισι Turn. *ἀδαμαντοδέτοις* M. Ald. Rob.

150. *ἀθέτως*] Libri *ἀθέσμως*. Emendatum ex Hesychio, *'Αθέτως: ἀθέσμως, οὐ συγκατατεθειμένως. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ*.

152. *νέρθεν τ' 'Αΐδου*] Nihil caussæ est cur forma trisyllaba utatur. Scribendum *νέρθεν θ' "Αιδου*, quod voluit Turnebus, qui *νέρθεν θ' ἀΐδου* edidit. Eadem ratio versus anapæstici Sept. c. Th. 868.

154—157. *Τάρταρον—ἐπεγήθει*] Hæc vulgo in tres dimetros descripta.

155. *ἀγρίοις* M. et alii nonnulli. Vulgo *ἀγρίως*.

156. *μήτε θεὸς* Turn. *μήποτε θεὸς* M. aliique non pauci cum Ald. Rob.

ἐπεγήθει] *ἐπιγεγήθῃ* Rob. Codices quidam *ἐπεγεγήθει* vel *ἐπιγήθῃ*.

157. *κίνυγμ'*] Libri aliquot *κίνυγμα* sine elisione: unde Elmsleius *κίνυγμα τάλας*. *κήνυγμ'* Turn. et codd. nonnulli. Eodem vitio apud Hesychium *κήνυγμα* legitur et *κηνυσσόμην* pro *κινυσσόμην*, quo Æschylus utitur Choeph. 196. *ὅπως δίφροντις οὖσα μὴ 'κινυσσόμην*.

158. *ἐπίχαρτα*] Librorum quorundam vitia sunt *ἐπίχαρμα*, quod legitur in Ald. et Rob., et *ἐπιχάρματα*, quod ex duabus lectionibus in unam conflatis ortum.

161. *ξυνασχαλᾷ*] *ξυνασκαλᾷ* Ald. Rob. Forma vetus *ἀσχαλάω* pro *ἀσχάλλω* occurrit Iph. A. 925. Orest. 755. Archiloch. Stobæi p. 107. notante Porsono ad Orest. quibus locis adjicias v. 243. hujus fabulæ. BLOMF.

162. *ἀεὶ*] *αἰεὶ* M. cum duobus aliis.

163. *τιθέμενος* Pauwius. Libri *θέμενος*, quod revocandum. Neque enim in hoc versu, sed in antistrophico vitii sedes quærenda.

θέμενος] Porsonus in Orest. 248. confert scolium apud Athen. 15. p. 695. *καθαρὸν θεμένη νόον*. quod Stanleius quoque contulerat. Tyrtæus apud Stob. 50. p. 189. Grot. *ἐχθρὰν μὲν ψυχὴν θέμενος*. Locutio ab Homero fluxit Il. I, 625. *αὐταρ*

Ἀχιλλεὺς Ἄγριον ἐν στήθεσσι θέτο μεγαλήτορα θυμόν. Monendi sunt tirones ἀεὶ non cum voce θέμενος, sed cum δάμναται capiendum esse. BLOMF.

164. Versus vulgo sic divisi δάμναται — | οὐδὲ — | ἢ παλάμᾳ—ἀρχάν.

οὐρανίαν γένναν de omnibus diis cœlestibus intelligendum. SCH.

165. παλάμᾳ—τὰν—ἀρχάν] Libri partim sic, partim παλάμῃ—τὴν—ἀρχήν.

167. ἔτ'] ἀπ' M. vel, ut in alia collatione proditum, ἔτ' ἀπ'.

168. γυιοπέδαις] γυοπέδαις M.E.

172. καί μ' οὔτι] καί μ' οὔτοι M. aliique nonnulli cum Rob. καίτοι μ' οὔτι duabus lectionibus confusis Ald. et Vindob. tertius. Hinc καίτοι μ' οὐ interpolatum in Vindob. primo et Turn. Vera scriptura ex decem codd. nunc restituta, nec Porsoni conjectura opus est καί μ' οὔτε.

173—177. Hæc vulgo in quattuor dimetros sunt descripta.

174. στερεάς] στερράς Vindob. tertius.

176. τε τίνειν Turn. τέ μοι τίνειν Ald. Rob. M. aliique non pauci, nisi quod in quibusdam τ' ἐμοὶ τίνειν.

177. τῆσδ'] τῆς M.

179. ἐπιχαλᾷς] ὑποχαλᾷς duo codd.

181. ἐρέθισε sola Turnebi editio: quod accuratius respondet versui strophico quam quod in libris est ἠρέθισε.

182. γὰρ] Scribendum δ' cum Porsono.

σαῖς τύχαις] Pauci codd. σὰς τύχας.

183. πᾶ Turn. Steph. ὅπα M. et octo alii. Pauci ὅπη cum Ald. vel ὅποι cum Rob.

185. ἀπαράμυθον] οὐ παράμυθον M. aliique nonnulli et Turn.

186. τραχὺς καὶ] τραχύς τε καὶ Steph. θραχύς τε καὶ Lips. Rob. θραχὺς καὶ Turn. θρασύς τε καὶ Ald. et codd. duo.

παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων] *Justitiam penes se habens. Pro suo libitu regnans.* Eurip. Suppl. 431. κρατεῖ δ' εἷς, τὸν νόμον κεκτημένος αὐτὸς παρ' αὑτῷ. Sext. Emp. adv. Mathem. 2, 31. a Porsono citatus, μηδενὸς γὰρ ἐπιστατοῦντος νόμου ἕκαστος ἐν χειρὶ τὸ δίκαιον εἶχε. BLOMF.

187. Post ἔμπας in libris additum οἴω, quod ὀΐω scriptum in M. idque singulari versu positum. Per ὑπολαμβάνω explicuit scholiasta. Verbum et ab Atticorum usu alienum et metro per-

niciosum recte delevit Brunckius. Corruptum videtur ex ὅμως, quo ἔμπας unus ex scholiastis interpretatur.

188. ποθ'] τόθ' duo codd.

ὅταν] ὅτ' ἂν M. Rob.

ῥαισθῇ] ῥεχθῇ codd. quinque, quod in aliis quibusdam in ῥεγχθῇ vel ῥαιχθῇ corruptum. ῥεχθῇ pro varia lectione A.B. cum gl. ἤγουν ὅταν πραχθῶσι τὰ πράγματα οὕτως ὡς λέγω.

191. εἰς ἀρθμὸν (ἀριθμὸν aliquot codd. cum Ald. Rob.) ἐμοὶ καὶ φιλότητα] Homer. Il. H, 302. Ἠ δ' αὖτ' ἐν φιλότητι διέτμαγεν ἀρθμήσαντε. Hymn. ad Mercur. 521. Λητοΐδης κατένευσεν ἐπ' ἀρθμῷ καὶ φιλότητι. quicum Ruhnkenius Epist. Crit. 1. p. 28. comparat Callim. Fr. 199. Ἀρθμὸν δ' ἀμφοτέροις καὶ φιλίαν ἔταμον. Herodot. 6. 83. τέως μὲν δή σφι ἦν ἄρθμια ἐς ἀλλήλους. BLOMF.

194. αἰτιάματι] Vocabulum ex hoc loco annotatum ab Antiatticista in Bekkeri Anecd. p. 78, 25.

196. εἴ τι μὴ βλάπτει λόγῳ. Gisbertus Cuperus Obs. 3, 15. hanc e formulis esse ait, quæ Oratorum propriæ sunt, quando sermonem ad auditores dirigunt. Infra 763. Ποίῳ τρόπῳ σήμηνον, εἰ μή τις βλάβη. Ælian. V. H. 13, 1. φέρε δὲ καὶ τὸ εἶδος αὐτῆς, εἴ τι μὴ λυπεῖ, διαγράψω. BLOMF. βλάπτῃ libri.

δύσποτμα] δύσποτμος F.

201. ἕδρας] ἕδρης A.B. aliique nonnulli et Ald. Similiter contra dialectum peccant ὀλιγοδρανίην v. 548. ἀμπλακίης 563. Ἰναχείης v. 590.

202. ἀνάσσοι] ἀνάσσῃ undecim codd. et Ald.

204. ἐνταῦθ'] Libri aliquot ἐντεῦθ' vel ἐντεῦθεν et τἄριστα pro τὰ λῷστα.

206. αἱμύλας] αἱμύλους var. lectio in aliquot codd.

208. ἀμοχθὶ M. Vulgo ἀμοχθεί.

209. Θέμις καὶ (ἀλλὰ καὶ Ven. 1. et Ald.) Γαῖα] Quo minus dubitaret ita futurum esse, prædixerant hoc Prometheo Themis, mater ejus (cf. v. 18.), et avia Tellus, ut quarum utraque esset vates. Pythia Eumenidum initio: πρῶτον μὲν εὐχῇ τῇδε πρεσβεύω θεῶν τὴν πρωτόμαντιν Γαῖαν, ἐκ δὲ τῆς Θέμιν, ἣ δὴ τὸ μητρὸς δευτέρα τόδ' ἕζετο μαντεῖον, ὡς λόγος τις. Conf. Ovidii interpretes Metam. 1, 321. Similiter, monente Jacobsio in Museo Attico 3. 3, p. 406. Hesiodus Theogon. 626. de consilio Terræ liberatos esse ait Centimanos, ut Jovi diisque

opem ferrent adversus Titanas: *αὐτὴ γάρ σφιν ἅπαντα διηνεκέως κατέλεξε, σὺν κείνοις νίκην τε καὶ ἀγλαὸν εὖχος ἀρέσθαι.* Conf. Apollodorus 1, 1. ubi Cœlus quoque vaticinatus esse dicitur. BOTH.

210. *Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία*] Terram sive Tellurem deam aliis alias gentes nominibus appellare, Scythas Apiæ (Herodot. 4, 59.), Phryges Cybeles, Ægyptios Isidis, Græcos autem et Romanos Cereris (Eurip. Bacch. 234. Phœn. 633.), Junonis, Vestæ (Eurip. fragm. inc. 178.), Rheæ, Opis, Proserpinæ, auctor est G. I. Vossius Theolog. gent. 2, 51. seqq. Recte Stanleius "Nominum varietas a multifaria ejus potestate orta est. Procl. in Timæum, Comment. 4. *οὕτω δὲ καὶ αὕτη ἡ γῆ, ἤγουν Δημήτηρ, δυνάμεις ἔχει ποικίλας.* Hinc fit ut *πολυωνυμίη* numinibus exoptatissima sit gloria, quam a Jove postulat Diana, quo minus Phœbo cedat. Callim. hymn. 3, 6.

> *Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν,*
> *καὶ πολυωνυμίην, ἵνα μή μοι Φοῖβος ἐρίζῃ.*" BOTH.

211. *κραίνοιτο*] Scribendum videtur *κρανοῖτο.* Homer. Il. I, 626. *οὐ γάρ μοι δοκέει μύθοιο τελευτὴ τῇδέ γ' ὁδῷ κρανέεσθαι.*

213. *χρείη* Dawesius Miscell. p. 333. Librorum vitia sunt vel *χρὴ ἦ*, quod est in M. Ald. Turn. Steph., vel *χρεῖ' ἦ*, quod ab alia manu habet margo M. Alii *χρεῖ' ᾖ*, ut Rob., *χρεί' ᾖ*, *χρῆν ἦ, χρῆ.*

δὲ additum ex cod. Stephani. Superscriptum versui ab alia manu est in M. Alii nonnulli *τε.*

ὑπερέχοντας M. et alii plerique cum Ald. Rob. *ὑπερέξοντας* Turn. Steph. *ὑπερέσχοντας* Parisini tres. Scribendum *ὑπερσχόντας* cum Porsono, quod non pro *ὑπερέχοντας* dictum est, sed eos significat qui rerum summa potiti sunt. *Ὑπερσχὼν* in libris omnibus in *ὑπερέχων* corruptum apud Eurip. Hippol. 1365. emendavit Valckenarius.

214. *ἐξηγουμένου*] *ἐξισουμένου* Rob.

216. *κράτιστα* (*κράτιστον* Rob. quod superscr. in Lips.) *δή μοι* (librorum quorundam vitia sunt *δή με, δέ μοι, δέ με*) *τῶν παρεστώτων*] Aristoph. Equit. 30. *κράτιστα τοίνυν τῶν παρόντων ἐστὶ νῷν θεῶν ἰόντε προσπεσεῖν του πρὸς βρέτας*, contulit Blomfield.

217. *προσλαβόντα* ex quattuor codd. repositum: superscriptum est in A. Vulgo *προσλαβόντι*, consentiente M.

219. δὲ] τε quattuor codices. Ex totidem codicibus μελαμβαθής restitutum. Aliorum librorum corruptelæ sunt μελαμβαθὺς, quod est in Turn. Steph., μελεμβαθὴς, μελεμβαθὺς, μελαμβαφὴς, μελεμβαφής.

Ταρτάρου μελαμβαθὴς κευθμὼν καλύπτει] Recte Stanleius observat nostrum Homero assentiri, qui Titanas item in Tartarum dejectos esse perhibet (Iliad. Θ, 480.) Sed præiverunt quoque Hesiodus (Theog. v. 716 sqq.), et quodammodo Pindarus (Pyth. 1, 29.). μελαμβαθὺς appellatur Tartarus, quia simul et profundus et tenebricosus est. Homerus l. l.

ἵν' Ἰαπετός τε Κρόνος τε,
ἥμενοι, οὔτ' αὐγῇς Ὑπερίονος ἠελίοιο,
τέρποντ' οὔτ' ἀνέμοισι, βαθὺς δέ τε Τάρταρος ἀμφίς. SCH.

223. ἐξημείψατο] ἀντημείψατο codices Arund. et Cantabrig. secundus, quod recepi. Æschylus Sept. 1049. παθὼν κακῶς κακοῖσιν ἀντημείβετο. Choeph. 121. τὸν ἐχθρὸν ἀνταμείβεσθαι κακοῖς. BLOMF. Verbi ἐξαμείβεσθαι hoc sensu dicti exempla desideramus: ut recte receptum videatur ἀντημείψατο.

226. ἐρωτᾶτ'] Codd. aliquot ἐρωτᾶτέ μ' cum Ald. vel ἐρωτᾶτ' ἐμ' cum Rob.

230. διεστοιχίζετο] Hesychius, διεστοιχίζετο: διετίθετο ἐν στοίχῳ καὶ τάξει· διῄρει. ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς σηκοὺς εἰσαγόντων τὰ ποίμνια, καὶ διακρινόντων ἐκ τῆς νομῆς ἑκάστῳ τὰ ἴδια.

233. φιτῦσαι] Libri quidam φυτεῦσαι, alii φυτῆσαι.

234. τοῖσιν] Imo τοισίδ'. Passim permutantur τοῖσιν et τοισίδ'. Eurip. Med. 1294. Ἆρ' ἐν δόμοισιν ἡ τὰ δείν' εἰργασμένη Μήδεια τοισίδ', ἢ μεθέστηκεν φυγῇ; ubi τοῖσιν habent Lascaris et Aldus, τοῖσδέ γ' codd. ut videtur, meliores. Idem Heracl. 146. Ἐν τοισίδ' αὐτοῖς τοῖσιν ἕσταμεν λόγοις. Scribendum, ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοισίδ' ut apud Soph. Ant. 1076. Ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοῖσδε ληφθῆναι κακοῖς. ELM. Recte Elmsleius, cujus exemplis adde Eurip. Hipp. 400. 1393. Alcest. 199. Iph. T. 747. Eidem Suppl. 207. πρὸς δὲ τοῖσδε restituit Blomfieldus pro πρὸς δὲ τοῖσι.

235. δ' ἐτόλμησ' F. δὲ τόλμησ' M. Recentiorum codicum interpolationes sunt δὲ τόλμης, quod est in Ald. Rob., δὲ τολμῆς, quod habet Turn., δ' ὁ τολμῆς, δ' ὁ τόλμης. Scholiasta, τινὲς ἀντὶ τοῦ ἐγὼ δ' ἐτόλμησα, καὶ τὸ ἑξῆς μετὰ ἤθους. δύναται καὶ τολμῆς εἶναι, ὡς τιμήεις τιμῆς.

ἐξελυσάμην M. aliique nonnulli cum Rob. Steph. Vulgo *ἐξερυσάμην* cum Ald. Turn. Quod *ἐξερρυσάμην* dicendum fuisset. Per *ἠλευθέρωσα* exp. scholiasta.

236. *τοῦ*] *τὸ* M.

237. *τοι*] *ταῖς* (τοι) M.

240. *ἀλλὰ νηλεῶς*] Libri *ἀλλ' ἀνηλεῶς*. Scribendum *ἀλλὰ νηλεῶς*. Ita Noster Choeph. 240. *Καὶ τῆς τυθείσης νηλεῶς ὁμοσπόρου*. Simili vitio laborant libri vulgati in Agam. 133. ubi pro *μοῖρ' ἀλαπάξει* legerim *μοῖρα λαπάξει*. Sed nescio an pro *νηλεῶς* scribendum *νηλέως* retracto accentu. Ionicæ formæ sunt *ἐλεεινὸς*, *ἐλεήμων*, *νηλεὴς*, Atticæ *ἐλεινὸς*, *ἐλήμων*, *νηλής*. Noster supra 42. *'Αεί γε δὴ νηλὴς σὺ καὶ θράσους πλέως*. Eurip. Cycl. 368. *Νηλὴς ὁ τλάμων*. Apud Soph. Œd. Tyr. 180. plurale *νηλέα* dactylus est. Vulgo quidem legitur apud eundem Ant. 1197. *Πεδίον ἐπ' ἄκρον, ἔνθ' ἔκειτο νηλεὲς Κυνοσπάρακτον σῶμα Πολυνείκους ἔτι*. Sed suspicor tragicum scripsisse *νηλέως*. ELM. Non est probabile Atticos *νηλέως* dixisse.

241. In aliquot codd. comma non post *ἐρρύθμισμαι*, sed post *Ζηνὶ* positum.

242. Eustath. ad Od. Ψ. p. 1940, 57. Pindarus apud Athen. 13. p. 601. *Ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται, ἐξ ἀδάμαντος ἢὲ σιδάρου κεχάλκευται μελαίναν καρδίαν ψυχρᾷ φλογί*. Stanleius apte comparat Heliodor. 14. *Τίς οὕτως ἀδαμάντινος ἢ σιδηροῦς τὴν καρδίαν, ὡς μὴ θέλγεσθαι καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἀκούων;* Proxime Moschus 4. 44. *πέτρας ὅγ' ἔχει νόον ἢὲ σιδάρου Καρτερὸν ἐν στάθεσσιν*. Eurip. Med. 1276. *τάλαιν', ὡς ἄρ' ἦσθα πέτρος, ἢ σίδαρος*. Ovid. Amor. 3, 6, 59. *Ille habet et silices et vivum pectore ferrum, Qui tenero lacrymas lentus in ore videt*. Tibullus 1, 1, 63. *Flebis; non tua sunt duro præcordia ferro Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex*. Adumbrantur ex Homerico *σιδήρειόν νύ τοι ἦτορ*, Il. Ω, 205. *σιδηρόφρων* occurrit Sept. c. Theb. 53. BLOMF.

243. *ξυνασχαλᾷ*] *συνασχαλᾷ* libri.

245. *ἠλγύνθην*] *ἀλγύνθην* M. et Ald. Rob. Turn. Steph. Correctum ex codd. multis. Pauci *ἠλγήθην*. *ἠλγήνθην* Lips. E.

246. *ἐλεινὸς*] *ἐλεεινός* libri. Ex Porsoni observatione præfat. ad Eurip. Hecub. p. vii. correxit Blomfieldus.

εἰσορᾶν] *εἰς ὁρᾶν* M.

248. *γ'* ex aliquot codd. additum, inter quos M. esse videtur. *τ'* Steph.

250. *κατῴκισα*] *κατοικίσας* Nicephor. ad Synes. p. 406.

258. *ὅταν*] *ὅτ' ἂν* M.

262. *ἄθλων*] *ἄθλον* A.B.M. aliique multi. *ἄθλων* (ex quo *ἄθλον* corruptum in Ald.) cum aliis Rob. Turn. Infra v. 752. *ἢ δυσπετῶς ἂν τοὺς ἐμοὺς ἄθλους φέροις.* *Ἄθλον* ex v. 257. illatum esse suspicatur Elmsleius.

263. *ἐλαφρὸν*] Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 38, 7. *ἐλαφρὸν παραινεῖν τῷ κακῶς πεπραγότι. ἐλαφρὸν σημαίνει τὸ ῥᾴδιον καὶ κοῦφον.* Terent. Andr. 2, 1, 11. *Facile omnes quum valemus recta consilia ægrotis damus.* Quod ex Menandri versu expressum fuisse notat Muretus V. L. 1, 9. *Ὑγιὴς νοσοῦντα ῥᾷστα πᾶς τις νουθετεῖ.* BLOMF. Verba a Phrynicho allata comici alicujus senarius esse videntur.

264. *τὸν κακῶς πράσσοντ'* Stanleius. Libri *τοὺς κακῶς πράσσοντας.* Pluralem in sententiis generalibus singulari interdum substituerunt librarii. Sic Eumen. 313. *τοὺς μὲν καθαρὰς χεῖρας προσνέμοντας* in libris legitur pro *τὸν μὲν καθαρὰς χεῖρας προνέμοντ'.*

267. *δ'* om. M. Rob.

εὑρόμην] Scribendum *ηὑρόμην* ex Cantabr. secundo.

268. *οὐ μήν τι*] Codices nonnulli *οὐ μέν τοι* ut Ald., vel *οὐ μέν τι* ut Turn., alii *οὐ μήν τοι, οὐ μήν γε.*

γ' om. aliquot codd. et Ald. Rob. Turn.

τοίαισι] Haud facile crediderim tragicum *τοίαισι* dicturum fuisse, quum eadem opera scribere posset *τοιαῖσδε.* De qua re plura v. ad v. 908. ELM.

269. *κατισχνανεῖσθαι* D. Vulgo *κατισχανεῖσθαι.*

πεδαρσίοις] Toupius in Suidam 3. p. 88. non male *πεδάρσιον.* BLOMF.

271. *καί μοι*] *καίτοι* Rob. et margo ms. ap. Morell.

μὴ δύρεσθ' M. Vulgo *μὴ 'δύρεσθ'.* Libri aliquot *μὴ ὀδύρεσθ'* vel *μὀδύρεσθ'.*

272. *πέδοι*] Scribebatur *πεδοῖ,* consentiente Eustathio p. 1839, 57. quod correxi ex Joann. Alex. *τον. παραγγ.* p. 36, 8, *τὰ ἀπὸ βαρυτόνων βαρύνεται, ἔξω ἔξοι, πέδον πέδοι. "πέδοι δὲ βᾶσαι" Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ.* Idem præcipit scholiasta Dionysii Thr. in Bekk. Anecd. p. 945, 2.

273. μάθητε] μάθοιτε aliquot codd.

274. πείθεσθέ μοι πείθεσθε] Recte monet Elmsleius longe probabilius esse πίθεσθέ μοι πίθεσθε.

275. ταὐτά τοι] Libri aliquot ταυτά μοι vel ταῦτά τοι.

279. κραιπνόσυτον] Vulgo κραιπνόσσυτον. Correctum ex E.G.

280. θᾶκον A.B.C.M. aliique. Vulgo θῶκον, quod librarii infra quoque v. 831. intulerunt et alibi: de quo dictum in Thesauro Stephani vol. 4. p. 228. Ceterum monometrum hic et paullo post restitui. Vulgo totum systema in dimetros descriptum.

αἰθέρα θ'] αἰθέρ' cum aliquot codicibus Ald. Rob.

281. ὀκριοέσσῃ] Vulgo ὀκρυοέσσῃ. Correctum ex tribus codicibus. "'Οκριόεις, *Asper. Confragosus.* Etymol. M. p. 261, 6. 'Οκριόεις, ὁ τραχὺς λίθος· ὀκρίας δὲ τὰς πέτρας φησὶν Ὅμηρος. Δι' ὀκρίας ἠνεμοέσσας. (Od. I, 400. Π, 365.) In Homero hodie legitur ἀκρίας; sed melius ὀκρίας, quod magis Æolicum est, atque etiam Ionicum. Hippocrates habet ὀκριώδης, et Erotianus ὀκρίς. Photius Lex. 'Οκριάζων· τραχυνόμενος, Σοφοκλῆς. ὀκριόεις et ὀκρυόεις sæpissime confusa esse notat Adr. Heringa Obs. Crit. p. 16." BLOMF.

282. Πελῶ] Pro πελάσω, fut. a πελάζω. Sophocl. Œd. Col. 1060. Phil. 1150. El. 497. Alteram formam πελάσω prætulit Euripides. Or. 1684. Iph. Taur. 886. Hel. 361. El. 1332. ELM.

283. ἀκοῦσαι] ἀκούσειν Rob. et Ven. alter.

284. Jam scenam ingreditur Oceanus, Nympharum, quæ chorum constituunt pater. Is eadem via profectus a tergo Promethei venit, nec prius quam proxime ad eum accessisset, ab eo conspici poterat. Fingitur autem aliti inequitare, quem schol. gryphem interpretatur. Idem infra τετρασκελὴς οἰωνὸς appellatur v. 395. Cf. Vossii *mythologische Briefe* 2. p. 130. SCH. Eustath. in Od. E. p. 1545, 49. οὕτω καὶ ὠκεανὸς, τό τε ὕδωρ αὐτὸ, καὶ ὁ μυθευόμενος ὡς θεός· ὃν ὁ τραγικὸς Αἰσχύλος ἐπὶ γρυπὸς καθίζων, ἐξάγει πρὸς θέατρον. BLOMF.

τέρμα κελεύθου διαμειψάμενος] Dicendum erat κέλευθον διαμειψάμενος, pro quo τέρμα κελεύθου dixit ratione habita verbi ἥκω.

288. συναλγῶ] ξυναλγῶ Ald. Rob. Turn. Steph. et codd. plerique.

290. Versus vulgo sic divisi ἐσαναγκάζει— | οὐκ— | νείμαιμ' ἢ σοί.

292. νείμαιμ' Steph. et pars codicum. νέμοι μ' Ald. νέμοιμ' M. aliique et Rob. γε νέμοιμ' Turn.

293. γνώσει] Libri γνώσῃ. Correctum ex Athenæo 4. p. 165 C.

ἔτυμ'] ἐτήτυμ' codd. nonnulli et Ald. Alii ἐτήτυμα.

294. χαριτογλωσσεῖν] σε χ. codd. nonnulli et Ald. σὲ τὸ χ. M. Alii quidam σοὶ χ., σοὶ τὸ χ. (ut Rob.), χ. σοι, χ. σ'. Duo etiam χαριτογλωττεῖν. Sic in libris vel omnibus vel plerisque συμπράττειν v. 295. πράττειν 660. γλῶττ' M. Sept. 439.

295. ὅ τι] εἴτι Rob.

ξυμπράσσειν Brunckius. Libri συμπράττειν.

296. ποτ' ἐρεῖς] Codd. nonnulli ποτὲ φῂς cum Ald. vel ποτε φῇς, ποτ' ἔφης, ποτε φήσεις.

297. φίλος] ἄλλος addit Paris. unus, ἕτερος Rob.

298. δὴ om. Lips. Ald. Rob.

301. αὐτόκτιτ'] αὐτόκτιστ' codd. nonnulli et Ald. Rob. "Hesych. Αὐτοκτίστους δόμους. οὐ κατεσκευασμένους, ἀλλ' ἐκ ταυτομάτου γεγενημένους. Σοφοκλῆς Κηδαλίωνι. Recte Salmasius αὐτοκτίτους; est enim non a recentiorum κτίζω, sed ab antiquo κτίω, unde κτίτορες, κτιμένος et similia. Eustath. ad Il. T. p. 1175, 12. de voce περικτίονες. Δοκεῖ δὲ προϋπάρχειν αὐτοῦ ῥῆμα τὸ κτίω· ἐξ οὗ καὶ οἱ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ κτίται, ὅπερ ἔστι κτίτορες. emendante Valcken. ad Act. Apost. 4, 34. Notandum est verbum κτίζω apud Homerum nusquam occurrere: nam in Il. Υ. 216. legendum est κτίσσε. Eurip. Or. 1637. Ἄργους κτίται. ubi schol. citat ex Pindaro ὀρεικτίτου συός (non ὀρικτίτου) et ex Homero ἐΰκτιτον ἄστυ." BLOMF.

σιδηρομήτορα—ἐς αἶαν] Scholiastes B. Caucasum intelligit, περὶ αὐτὸν γάρ, inquit, οἱ Χάλυβες. Scholiastes vero A. de Scythia in genere, melius. Non enim Chalybum regionem tantum, sed et totam Scythiam, tam Europæam quam Asiaticam, ferro abundare satis constat: hinc est quod Σκύθης σίδηρος dixit Æschylus Sept. ad Theb. v. 823. et Stephanus Σκύθην interpretatur σίδηρον. STANL.

303. ξυνασχαλῶν Steph. συνασχαλῶν Ald. Rob. Turn.

305. συγκαταστήσαντα] Scribendum ξυγ- cum Brunckio.

308. καίπερ ὄντι ποικίλῳ] Comparavit Stanl. Homericam Vulcani matrem admonentis imaginem (Iliad. A, 577.):

μητρὶ δ' ἐγὼ παράφημι καὶ αὐτῇ περ νοεούσῃ
πατρὶ φίλῳ ἐπίηρα φέρειν Διί.

Multum vero a veteribus celebrata Promethei calliditas. Hesiodus eum *ποικίλον, ποικιλομήτην, ποικιλόβουλον, ἀγκυλομήτην, πάντων περὶ μήδεα εἰδότα*, Horatius *callidum*, Catullus *solerti corde Prometheum* appellat. SCH.

309. *γίγνωσκε* Vindob. quartus. Vulgo *γίνωσκε*.

μεθάρμοσαι] *μεθάρμοσον* aliquot codd. *μεθάρμοζε* Rob.

312. *ἀνωτέρω*] *ἀπωτέρω* aliquot codd. et Rob.

313. *θακῶν*] *θακὼν* Ald. Rob. Turn.

κλύοι] *κλύῃ* Ald. et aliquot codd.

χόλον] *τὴν λύπην τῶν νῦν δυστυχιῶν* explicat scholiasta, vitiosa scriptura deceptus. Scribendum *ὄχλον*, quod conjecit Doederlinus in dissertatione quadam academica Erlangæ edita a. 1836. Similiter v. 827. *ὄχλον μὲν οὖν τὸν πλεῖστον ἐκλείψω λόγων*.

314. *μόχθων*] *μόχθον* aliquot codd.

316. *τῶνδε*] *τῶν* Ald.

317. *ἴσως σοι*] *ἰσῶσοι* M.

319. *γίγνεται*] *γίνεται* Ald. Rob. Turn. Steph.

τἀπίχειρα γίγνεται] *τὰ ἐπίχειρα* proprie ut Hesychius explicat: *τὰ ὑπὲρ τὸν μισθὸν διδόμενα τοῖς χειροτέχναις*. Lucrum igitur ironice damnum dicit. Sine ambagibus idem proprie dicit Oceanus v. 328. Omnino hic locus de pœnis nimiæ loquendi temeritatis multum a tragicis frequentatur. Comparaverunt viri docti Eurip. Bacch. 385. Pind. Ol. 1, 84. Eurip. Æg. fragm. 8. SCH.

321. *προσλαβεῖν*] *προσβαλεῖν* B.

323. *πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς*] Zenobius 70. *Πρὸς κέντρα λακτίζειν, παροιμία, ἧς μέμνηται Εὐριπίδης, Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι θνητὸς ὢν θεῷ.* (Bacch. 794.) *καὶ Αἰσχύλος δὲ ταύτης μέμνηται.* (Agam. 1635.) Cf. Pindar. Pyth. 2, 173. Act. Apost. 9, 5. BLOMF.

327. *λαβροστόμει*] *λαυροστόμει* aliquot codd. et Ald. Recte scriptum citat schol. Nicandri Alexiph. 160.

328. *περισσόφρων*] *περισώφρων* Ald. Rob. Sic etiam codd. nonnulli, vel *περρισσώφρων, περισόφρων*.

329. *προστρίβεται* Steph. consentientibus codicibus et Stobæo Flor. 36, 17. Apostolio 6, 36. *προσγίνεται* Ald. Rob. Turn.

331. *πάντων μετασχὼν καὶ τετολμηκὼς ἐμοί*] Præpositio verbi *μετασχών* etiam ad proximum pertinet verbum *τετολμηκώς*. Qua forma loquendi interdum utuntur poetæ in verbis cum *σύν* compositis, rarissime in aliis.

332. *μηδέ*] *μηδέν* M. aliique et Rob.

333. *πείσεις*] *πείθεις* M.

εὐπιθής] *εὐπειθὴς* cum aliquot codicibus Ald. Rob.

337. *μηδαμῶς*] *μ'* recte addunt codd. Cantabr. duo.

340. *τὰ μὲν σ'*, quod pro *τὰ μὲν σὰ* accipit Blomfieldus, ex Porsoni editione remansit. Recte *τὰ μέν σ'* edd. veteres.

κοὐδαμῇ] *κ' οὐδὲ μὴ* B.M.

λήξω] Intelligendum *ἐπαινῶν*.

343. *θέλεις*] *θέλοις* aliquot codd.

345. *οὕνεκα* Brunckius. Libri *εἵνεκα*.

347—372. Versus hos non Oceani, sed Promethei esse verissime animadvertit Elmsleius. Nam quum Oceanus et Prometheus contrarias defendant sententias, Oceanus ut Jovem precibus suis cessurum esse affirmet, Prometheus ut crudelem esse et inexorabilem tyrannum ostendat, apparet inepte Oceano tribui versus illos, quibus sententia ejus non tam confirmatur quam refellitur. Nec prædictio illa de igne ex Ætna prorupturo (v. 365—372.) Oceani personæ convenit, sed Promethei; hic enim Themidis, matris suæ, utitur vaticiniis (v. 209. 874.), qualia etsi cum Oceano quoque communicari ab illa potuerint, tamen nec proditum ea de re quidquam a poeta est et reliqui sermones Oceani ita sunt comparati ut facile intelligatur non futuri eum præscientia, sed sola conjectura sua duci. Librarii autem ut hos versus Oceano tribuerent, haud dubie particulis *οὐ δῆτα* permoti fuerunt, quibus ad alius personæ verba responderi videretur, non cogitantes iisdem particulis uti etiam qui vel sibi ipsi respondeant vel quæ dixerint gravius asseverent. Sic Sophocles Œdip. Col. 433.

εἴποις ἂν ὡς θέλοντι τοῦτ' ἐμοὶ τότε
πόλις τὸ δῶρον εἰκότως κατήνυσεν·
οὐ δῆτ', ἐπεί τοι τὴν μὲν αὐτίχ' ἡμέραν etc.

Eurip. Alcest. 555.

ἀλλ' εἰ δόμων σφε καὶ πόλεως ἀπήλασα
ξένον μολόντα, μᾶλλον ἄν μ' ἐπῄνεσας;
οὐ δῆτ', ἐπεί μοι ξυμφορὰ μὲν οὐδὲν ἂν
μείων ἐγίγνετ', ἀξενώτερος δ' ἐγώ.

Heraclid. 507.

> *αὐτοὶ δὲ προστιθέντες ἄλλοισιν πόνους,*
> *παρὸν σεσῶσθαι, φευξόμεσθα μὴ θανεῖν;*
> *οὐ δῆτ', ἐπεί τοι καὶ γέλωτος ἄξια*
> *στένειν μὲν ἱκέτας δαιμόνων καθημένους* etc.

347. *χαὶ* Porsonus. *καὶ* libri errore sollemni.

κασιγνήτου] Atlas est frater Promethei secundum Hesiodum Theogon. 509. et Apollodor. 1, 2, 3. Diodorus Siculus autem 3, 60. Saturni fratrem et Cœli filium facit. SCH.

348. *πρὸς*] *ἐς* D.M. Rob.

349. *ἕστηκε κίων οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς, ὤμοιν ἐρείδων ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον* Rob. Cui lectioni et interpunctioni longe præstat vulgata.

κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς] Vide ad v. 430.

350. *ὤμοιν* Rob. et, ut videtur, M. *ὤμοις* Ald. Turn. Steph. cum Plutarcho Mor. p. 923 C.

351. *γηγενῆ*] Apollodor. 1, 6. 3. secutus auctorem Theogon. 820. narrat Terram, post debellatos a superis Gigantas, a Tartaro Typhona concepisse: atque ita schol. in Platon. ed. Ruhnken. p. 55. Auctor vero Hymn. Homerid. in Apoll. 306. Junonem eum peperisse tradit, quicum facit Stesichorus apud Etymol. M. p. 772, 50. Scholiasta vero Villoisoni ad Iliad. B, 783. eum ex ovo genitum fuisse ait, quo Junonem donaverat Saturnus. Cetera de Typhone historia hæc est. Quum cœlum invasit, dii præ metu in Ægyptum confugerunt, relictis tantum Jove et Minerva; ibi vero, ut monstrum eluderent, formas alii aliter mutarunt, ut ex Nicandro tradit Antonin. Liberal. 28. Ovid. Met. 5, 290. Jupiter autem Typhona fulgure percussit, diuque insecutus, monte tandem Ætnæo obruit. Sed *στασιάζεται ἡ περὶ Τυφῶνος ἱστορία,* inquit schol. in Pindar. Pyth. 1, 31. Homerus Iliad. B, 781. *Γαῖα δ' ὑπεστονάχιζε, Διὶ ὡς τερπικεραύνῳ Χωομένῳ ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωέϊ γαῖαν ἱμάσσῃ Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.* ubi in schol. Venet. pro *Τυφὼν δὲ εἷς τῶν γιγάντων, Γῆς ὢν κύριος καὶ Ταρτάρου,* legendum est, *Γῆς ὢν υἱὸς καὶ Ταρτάρου.* Æschylus, Pindarum secutus, Ætnam Typhoni impositam narrat, Callimachus Encelado, Horatius Gigantibus 3, 4. Pherecydes ap. schol. in Apollon. 2, 1215. Typhona sub insula Pithecusa jacere tradit; alii in Ægypto, ut Herodot. 3, 5. Apollonius loco citato: cf.

schol. in Pind. Ol. 4, 11. Nicander Æschylum sequitur. BLOMF.

Κιλικίων οἰκήτορα ἄντρων] Pindar. Pyth. 1, 31: *Τυφὼς ἑκατοντακάρανος, τόν ποτε Κιλίκιον θρέψεν πολυώνυμον ἄντρον*, quæ scholiasta Hesiodo tribuit. STANL.

353. *ἑκατογκάρηνον* Pauwius. *ἑκατοντακάρηνον* libri, usitato in hujusmodi compositis errore librariorum. Sic *ἑκατοντακεφάλα* pro *ἑκατογκεφάλα* codices plures in versu anapæstico Aristoph. Nub. 336. Ceterum Doricam formam *ἑκατογκάρανον* recte restituere videtur Blomfieldus, quum *καρανοῦσθαι* et *καρανιστήρ* dixerint tragici, non *καρηνοῦσθαι* et *καρηνιστήρ*. *Ἑκατογκάρανοι* apud Hesychium est, sed cum interpretatione ad aliam, quæ excidit, glossam referenda.

354. *πᾶσιν ὃς ἀνέστη θεοῖς*] Legebatur *ἀντέστη*, quod emendavit Wunderlichius p. 27. sed perversa structura verborum, *ὃς ἀνέστη συρίζων φόνον πᾶσιν θεοῖς σμερδναῖσι γαμφηλαῖσι*. Dativi *πᾶσιν θεοῖς* ab *ἀνέστη* pendent. Ita Homerus Iliad. Ψ, 634.

> *πὺξ μὲν ἐνίκησα Κλυτομήδεα, Ἤνοπος υἱόν,*
> *Ἀγκαῖον δὲ πάλῃ Πλευρώνιον, ὅς μοι ἀνέστη.*

quæ ubi affert Aristides vol. 2. p. 503. in libro quodam Florentino pari errore *ἀντέστη* scriptum.

355. *σμερδναῖσι*] *δειναῖσι* Rob. cum Tzetza ad Lycophr. 177, ubi tamen codex *σμερδναῖσι*, et Eudocia p. 406. ubi *διναῖσι* scriptum.

γαμφηλαῖσι] *γαμφηλῇσι* Ald. Turn. et codd. quidam (non M.) cum Eustathio p. 579, Ionica dativi forma, quam tragicis non raro intulerunt librarii Homero adsueti.

φόνον] *φόβον* D.M. Rob.

358. *ἄγρυπνον*] *ἄγριον* codd. aliquot. "*γρ. ἄγριον σέλας.*" Steph.

359. *καταιβάτης*] *Descensor*. *τῶν κεραυνῶν οἱ μὲν καταιβάται, οἱ δὲ ψολόεντες, οἱ δὲ ἀργῆτες καλοῦνται, ὡς Ὅμηρος ὠνόμασεν.* Schol. ad Aristoph. Equit. 693. a Stanleio citatus. Bidentalia, sive loca fulgure contacta, Græci *ἐνηλύσια* vocabant, atque *Διὶ καταιβάτῃ* consecrabant. Schol. ad Aristoph. Pac. 42. Hesych. et Etymol. M. v. *Ἐνηλύσια*: *Διὸς Καταιβάτου* aram memorant Pausanias Eliac. 1, 14. Apollodorus ap. schol. Sophocl. Œd. Col. 702. cf. Lycophron 1370. Alberti ad Hesych. in v. BLOMF.

363. *παρήορον* Turn. *παρήωρον* Rob. *πανάωρον* Ald. Eædem codicum quorundam lectiones sunt; in aliis *παράωρον*. Sed veram scripturam *παράορον* solus servavit M, ex qua corrupta sunt illa *πανάωρον* et *παράωρον*. *παρήορον* qui posuerunt, fortasse Homericum versum in mente habuerunt Iliad. H, 156. *πολλὸς γάρ τις ἔκειτο παρήορος ἔνθα καὶ ἔνθα.*

ν

365. *ἰπούμενος* C. et var. lect. in B. *ἰπούμενος* (ν a manu recentiore) M. Reliqui codd. et edd. veteres *ἰπνούμενος*. Verbum *ἰποῦν* ex Æschylo memorat Eustathius p. 16.

ῥίζαισιν Steph. *ῥίζῃσιν* Ald. Rob. Turn. et codd. nonnulli.

367. *ἔνθεν*] *ἐνθένδ'* duo codd.

ἐκραγήσονται—Σικελίας λευροὺς γύας] Prædicere hoc loco fingitur Prometheus quod re vera factum esse olymp. 75, 2. marmoris Parii fide constat in Boeckh. Corp. Inscr. vol. 2. p. 302, 68. *ἀφ' οὗ ἡ ἐν Πλαταιαῖς μάχη ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς Μαρδόνιον τὸν Ξέρξου στρατηγὸν, ἣν ἐνίκων Ἀθηναῖοι, καὶ Μαρδόνιος ἐτελεύτησεν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ τὸ πῦρ ἐρρύη κᾶον ἐν Σικελίᾳ περὶ τὴν Αἴτνην, ἔτη* ΗΗΔΓΙ, *ἄρχοντος Ἀθήνησι Ξαντίππου.* Nec fugit hoc scholiastas, quorum antiquior, *ποταμοὺς δὲ*, inquit, *πυρὸς τοὺς κατὰ Σικελίαν ῥύακάς φησι περὶ ὧν ἠκούομεν πάλαι. Καὶ κατὰ τοὺς Ἱέρωνος χρόνους κατὰ τὸ μέσον ῥυέντες πολλὰ διέφθειραν χωρία.* recentior, *ἐκ τῆς Αἴτνης ἐκσπασθήσονται· τοῦτο δὲ γέγονε κατὰ τοὺς Ἱέρωνος χρόνους, ὅτε καὶ Αἰσχύλος ἤκμαζε.* Pro Hierone, si accuratius loqui voluissent scholiastæ, Gelo potius nominari debuisset: cui Hiero successit in imperio olymp. 75, 3. Quinquagesimo ante olymp. 88, 3. anno, id est olymp. 76, 1 vel 2. Ætnæ hanc eruptionem assignat Thucydides 3, 116. quem manifestum est numero uti rotundo, *ἐρρύη δὲ περὶ αὐτὸ τὸ ἔαρ τοῦτο ὁ ῥύαξ τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς Αἴτνης, ὥσπερ καὶ τὸ πρότερον. καὶ γῆν τινα ἔφθειρε τῶν Καταναίων, οἳ ἐπὶ τῇ Αἴτνῃ τῷ ὄρει οἰκοῦσιν, ὅπερ μέγιστόν ἐστιν ὄρος ἐν τῇ Σικελίᾳ. λέγεται δὲ πεντηκοστῷ ἔτει ῥυῆναι τοῦτο μετὰ τὸ πρότερον ῥεῦμα, τὸ δὲ ξύμπαν τρὶς γεγενῆσθαι τὸ ῥεῦμα ἀφ' οὗ Σικελία ὑπὸ Ἑλλήνων οἰκεῖται.* De tempore fabulæ Æschyleæ ex his nihil amplius colligere licet quam post olymp. 75, 2. scriptam esse: paucis an multis post illud tempus annis, in medio est relinquendum. Post olymp. 76, 4. scriptam esse fortasse ex eo quis colligat quod tetralogia, in qua Prometheus *πυρφόρος* fuit, illo anno in scenam producta fuit: quanquam hoc quoque

non satis certum argumentum est, quum res Promethei relicto naturali ordine pertractare Æschylus potuerit.

369. *λευροὺς* M. Rob. Legebatur *λευράς*. *τὸν γύην* tragici dicere solent, non *τὴν γύην*: de quo vid. Elmsl. ad Eurip. Heracl. 839.

γύας] Libri plures *γυίας*.

371. *θερμοῖς*] *θερμῆς* M. *θερμῆς* A.B. (superscripto in B. *θερμοῖς*) aliique multi et Rob. Steph.

ἀπλήστου] *ἄπληστον δὲ* (*λέγει*), *διότι τὸ πῦρ ὕλης δραξάμενον, οὐ κορέννυται* schol. Pene suspicor legendum esse *ἀπλάτου*, (Schutzii *ἀπλήτου* Ionicum est), e Pindaro Pyth. 1, 40. *Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἁγνόταται ἐκ μυχῶν παγαί.* Sophocl. Trach. 1109. *λέοντ', ἄπλατον θρέμμα, κἀπροσήγορον.* BLOMF. Scribendum omnino *ἀπλάτου*.

373. ΠΡ.] Deleatur nota personæ. Vid. ad v. 347.

οὐκ] *οὐ* Rob.

377—380. Apud Ciceronem, interprete forsitan Attio, ita redditi sunt hi versus, Tusc. Quæst. 3. 31.

OC. Atqui, Prometheu, te hoc tenere existimo,
mederi posse rationem iracundiæ.
PR. Si quidem quis tempestivam medicinam admovens
non aggravescens vulnus illidat manu. STANL.

377. *γιγνώσκεις*] *γινώσκεις* libri.

378. *ὀργῆς*] Plerumque *ira*. interdum pro *ψυχή* vel *τρόπος* ponitur, uti in hoc loco intellexit Plutarchus. Hesych. *'Οργή· τρόπος.* Sophocl. Ajac. 639. *Οὐκ ἔτι συντρόφοις ὀργαῖς ἔμπεδος.* 1141. *ἐμφερὴς ἐμοί, 'Οργήν θ' ὅμοιος.* Antig. 355. *ἀστυνόμους ὀργὰς ἐδιδάξατο.* Pindar. Pyth. 1, 173. *εὐανθεῖ δ' ἐν ὀργᾷ παρμένων.* Theognis ap. Athen. 12. p. 513 D. *πουλύπου ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου.* Herodot. 6, 128. *διεπειρᾶτο αὐτέων τῆς τε ἀνδραγαθίης καὶ τῆς ὀργῆς.* Hippocrat. de Aer. et Aq. 24. *λαμπρόφωνοί τε οἱ ἄνθρωποι, ὀργήν τε καὶ ξύνεσιν βελτίους εἰσὶ τῶν πρὸς τὸν βορέην.* ubi vid. Coray. et cf. Wass. ad Thucyd. 1, 140. BLOMF. Plutarchi verba hæc sunt Mor. p. 102 B. *καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον τῶν παραμυθητικῶν σοι μεταδοῦναι λόγων πρὸς ἄνεσιν τῆς λύπης καὶ παῦλαν τῶν πενθικῶν καὶ ματαίων ὀδυρμῶν. ψυχῆς γὰρ νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι, ὅταν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ.* qui *ψυχῆς* pro *ὀργῆς* vel ipse substituisse vide-

tur, quo verba poetæ suo accommodaret consilio, vel ex alius poetæ, fortasse Euripidis, versu simili sumpsisse. Eodem modo scriptum hunc versum affert Eustathius, sed poeta non nominato, p. 696, 33. *κατὰ γὰρ τὴν τραγῳδίαν ψυχῆς ν. εἰσὶν ἰ. λόγοι, καὶ ὁ τῷ θυμουμένῳ εἴκων ἐν καιρῷ τύχοι ἂν αὐτοῦ ῥᾳδίως ὅσον θέλει.* (hoc ex Eurip. Or. 700.) iterumque p. 1005, 21. *ἐπεὶ καὶ φύσει κατὰ τὸν εἰπόντα ψυχῆς ν. εἰσὶν ἰ. λόγοι.* Isocratem p. 167 A. comparavit Stanleius, *Ὑμᾶς δὲ χρὴ πρῶτον μὲν τοῦτο γιγνώσκειν, ὅτι τῶν περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλαὶ θεραπεῖαι καὶ παντοδαπαὶ τοῖς ἰατροῖς εὕρηνται, ταῖς δὲ ψυχαῖς ταῖς νοσούσαις καὶ γεμούσαις πονηρῶν ἐπιθυμιῶν οὐδέν ἐστιν ἄλλο φάρμακον πλὴν λόγος ὁ τολμῶν τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττειν.* et Menandri versum inter monosticha 286. ed. Br. *λόγος γάρ ἐστι φάρμακον λύπης μόνον.* denique ex homilia quadam Basilii, *ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν ἡμῶν ὁ λόγος τὴν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κεκακωμένην ψυχὴν διὰ τοῦ μικροῦ τούτου βοηθήματος ἐξιᾶτο.* Alia hujusmodi attulit Blomfieldus, inter quæ Menandri sententia est ab scholiasta comparata, *λόγος γὰρ ἀνθρώποισιν ἰᾶται νόσους· | ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει θελκτήρια,* paullo aliter scripta apud scholiastam Homeri Il. O, 393. *ἰατρός ἐστιν ὁ λόγος ἀνθρώποις νόσων· | ψυχῶν γὰρ οὗτος μόνος ἔχει κουφίσματα.* Quibus omnibus nihil aliud efficitur quam *ψυχὴν νοσοῦσαν* iis tribui qui animo sunt vel propter dolorem et mœrorem demisso vel pravis cupiditatibus corrupto. Quorum prius ut ab loco Æschyli plane alienum est, ita ne alterum quidem applicari ei potest, nisi quis philosophemate quodam usus irascentis animum ægrotare dici velit pravaque cupiditate duci. Quod quum parum aptum huic loco commentum videatur, ubi durum potius et inexorabilem quam ægrotantem animum dici res et ratio postulat, Æschylum neque *ψυχῆς* scripsisse neque *ὀργῆς* eo quo Blomfieldus aliique voluerunt sensu dixisse sequitur, de quo eo minus cogitari debebat, quum præcesserit *ἔς τ' ἂν Διὸς φρόνημα λωφήσῃ χόλου,* post quæ verba ineptus fuisset poeta si ambiguo uti *ὀργῆς* vocabulo maluisset, quod nemo non de ira esset intellecturus, quam eo quod nullam admitteret ambiguitatem *ψυχῆς.* Jam si neque *ψυχῆς νοσούσης* scriptum esse ab Æschylo neque *ὀργῆς* alia quam iræ significatione dictum esse potest, vitium in *νοσούσης* quærendum esse patet, quum ira ipsa ægrotare dici nequeat. His argumentis in eam deductus sum sententiam ut *νοσούσης* veteris errore

librarii, qui propter vicinum ἰατροί ad illud verbum aberrasset, illatum esse, Æschylum vero ὀργῆς ζεούσης scripsisse credam: quod ipsum ex vi sententiæ posuit Themistius orat. 7. p. 98. φάρμακον δὲ ὀργῆς οἰδαινούσης τὸ μὲν αὐτίκα λόγος ἐστὶν, ᾧ σὺ τηνικαῦτα ἐπράϋνας σφαδάζουσαν καὶ ζέουσαν ἔτι. Versus ex Æschylo ab Stobæo citatus Floril. 20, 13. ὀργῆς ματαίας εἰσὶν αἴτιοι λόγοι, non liquet utrum ex loco Promethei detortus an aliunde sumtus sit.

379. μαλθάσσῃ] μαλθάσῃ Ald. Rob. et aliquot codd. inter quos M. "Huc respicere videtur versus ap. schol. Venet. ad Il. A, 207. τὸ Σφριγῶντα θυμὸν μαλακοῖς ἰᾶται λόγοις. ubi recte Elmsleius μαλακὸς ἰᾶται λόγος." BLOMF.

380. σφριγῶντα] σφυδῶντα M.

ἰσχναίνῃ] ἰσχναίνει M. Alii nonnulli ἰσχαίνῃ.

381. προμηθεῖσθαι A.B. aliique nonnulli et Rob. Plerique, inter quos M., προθυμεῖσθαι ut Ald. et Turn.

384. τήνδε τὴν νόσον Barocc., supra versum B, Turn. Steph. Libri reliqui τῇδε τῇ νόσῳ.

385. δοκεῖν φρονεῖν] φρονεῖν δοκεῖν aliquot codices, inter quos M.

388. οὑμὸς] ἐμὸς codex Arundel. et Ald. "θρῆνος οὑμὸς, *Dolor ob me susceptus*, ut τὴν ἐμὴν αἰδῶ, Pers. 698. σῇ ποθῇ, ap. Homer. Il. T. 321. τοὐμοῦ πόθον, Sophocl. Œd. T. 969. τῷ 'μῷ πόθῳ, Œd. C. 332. σῇ προμηθίᾳ, ibid. 419. σοῖς πόθοις, 1412. τῆς ἐμῆς ὑπουργίας, Aristot. Hymn. ad Virtut. apud Stob. p. 7. προνοίᾳ τῇ σῇ, Eurip. Androm. 660. δυσμενείᾳ σῇ, Hippol. 962." BLOMF.

389. θακοῦντι B.M. aliique nonnulli et Rob. Reliqui κρατοῦντι cum Ald. Turn.

391. ξυμφορὰ] συμφορὰ libri.

393. ἐθώϋξας] ἐπεθώϋξας aliquot codd. et Ald.

394. λευρὸν γὰρ οἶμον] λευρῶν γὰρ οἴμων Ven. 2. et Rob.

ψαίρει B. in margine et Turn. Libri reliqui ψαύει, nisi quod unus ψαύοι, ut Ald.

ψαίρω, *rado*. Schol. Oppian. Hal. 2, 115. τὸ ψαίρειν κυρίως ἐπὶ τοῦ ἱστίου, ὅτε μὴ εὐπλοεῖ εὐφόρῳ ἀνέμῳ. Virgil. *Radit iter liquidum.* sensu paullum diverso a ψάω, vel ψῆμι, et ψαύω, etsi eandem omnibus potestatem tribuit Valcken. ad Phœniss. 1309. cujus notam omnino adeas. Anglice verterim ψάω *scrape*, ψαύω *touch*, ψαίρω *graze* vel *raze*. Compositum διαψαίρω occurrit Ari-

stoph. Av. 1717. et in Hermippi Comici fragm. ap. Suid. v. *ἀνθέων. Λεπτοὺς διαψαίρουσα πέπλους ἀνθέων Γέμοντας.* BLOMF.

395. *τετρασκελὴς*] *ὁ τετρασκελὴς* duo codd.

397—424. Versus in edd. vett. sic divisi, *στένω*— | *δακρυσ.* — | *ῥαδινῶν* — | *νοτίοις* — | *τάδε* — | *ὑπερήφανον* — | *αἰχμὰν* — | *λέλακε*— | *χαιοπρεπῆ* — | *μαιμόνων*— | *ἁγνᾶς*— | *μεγαλοστόνοισι* — | *συγκάμνουσι* — | *Κολχίδος* — | *μάχας* — | *οἳ γᾶς* — | *ἔχουσι* — | *ὑψίκρημνον* — | *πέλας* — | *ὀξυπρώροισι βρέμων ἐν αἰχμαῖς.*

397. Versus Ionicus ⏑ | –́ ⏑ – – | ⏑ ⏑ –́ ⏑ | –́ ⏑ – –.

398. *δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὄσσων*] Huic formæ

⏑ ⏑ –́ – | –́ ⏑ – –,

in qua dipodia trochaica pro Ionico posita est, legitima in antistropho forma respondet

⏑ ⏑ –́ – | ⏑ ⏑ – –.

Similiter Aristophanes Ran. 329. 330.

περὶ κρατὶ σῷ βρύοντα
στέφανον μύρτων· θρασεῖ δ' ἐγκατακρούων—.

=346. 347.

ἀποσείονται δὲ λύπας
χρονίους τ' ἐτῶν παλαιῶν ἐνιαυτούς.

ῥαδινῶν] *ῥαδινὸν* Ald. Rob. et codd. nonnulli, non M.

λειβομένα metri indicio recte delevit Heathius.

401. *νοτίοις*] *νοτίαις* Turn.

ἔτεγξα] Scribendum *ἔτεγξε* cum Heathio, cujus conjecturam confirmavit A. Primam personam, adjecto superiori versui *λειβομένα*, vetus librarius videtur posuisse, quem mutata orationis forma offendisset.

παγαῖς] *πηγαῖς* M. aliique.

Ζεὺς] *Ζεὺς δ'* Rob. interpunctione post *τάδε* posita: recte fortasse. Similiter Vindob. secundus *ἀμέγαρτα γὰρ τάδε. Ζεὺς γὰρ ἰδίοις ν. κρ.*

403. *κρατύνων*] *κρατύνει* Vindob. primus et tertius.

404. *θεοῖσι τοῖσι πάρος δείκνυσιν* Porsoni editio ex conjectura Heathii. Scribendum uno versu *ἰδίοις νόμοις κρατύνων ὑπερήφανον θεοῖς τοῖς πάρος ἐνδείκνυσιν αἰχμάν*, et sic L.M. Ar. nisi quod in M. librarii errore *ἐνδεικνύειν* scriptum est. Reliquorum librorum alii *θεοῖς τοῖς πάρος δείκνυσιν*, quod est in B. et Rob., alii *θεοῖς τοῖς πάρος δεικνύει*, vel *θεοῖς τοῖς πάρος ἐν-*

δεικνύει, quod habet D, vel *τοῖς πάρος θεοῖς δείκνυσιν*, quod est in Vindob. quarto et Ald. Turn.

αἰχμάν] *αἰχμήν* M. aliique nonnulli.

408. *μεγαλοσχήμονά τ'*] *μεγαλοσχήμων ἄτ'* Ald.

409. *στένουσι* M. et Vindob. primus et tertius cum Rob. Vulgo *στένουσα*, quod librarii posuerunt non animadvertentes *πρόπασα χώρα* cum plurali conjunctum esse *στένουσι*.

410. *ξυνομαιμόνων*] Atlantem et Menœtium intelligit scholiastes antiquior, Atlantem et Typhœum alter. Utrumque dici potest. Apollodor. 1, 2. *Ἰαπετοῦ δὲ καὶ Ἀσίας τῆς Ὠκεανοῦ Ἄτλας, ὃς ἔχει τοῖς ὤμοις τὸν οὐρανόν· καὶ Προμηθεὺς καὶ Ἐπιμηθεὺς καὶ Μενοίτιος, ὃν κεραυνώσας ἐν τῇ Τιτανομαχίᾳ Ζεὺς κατεταρτάρωσεν.* Quod ad Typhœum spectat, *filius* dicitur *Terræ* v. 351. ut et ipse Prometheus v. 210. STANL. *ξυνομαίμονες* nimis anguste exponitur ab iis, qui Atlantem et Menœtium fratres Promethei, aut Atlantem et Typhoëum intelligunt. Omnes enim Titanes hoc vocabulo designantur. SCH.

413. *σοῖσι* ex aliquot codicibus Porsonus. Revocandum quod in plerisque est *σοῖς*, et in unum versum conjungenda verba *Ἀσίας—θνατοί*. Nam *θνατοί* pro *θνητοί* recte præbet M.

416. *παρθένοι*] Amazones.

μάχας M. aliique. Alii *μάχαις*, quod est in A.B.D. *μάχαν* Rob. *μάχης* Ald. Nihil ad judicandam hanc scripturæ diversitatem confert versus Sophoclis ab Blomfieldo collatus Ajac. 364. *τὸν ἐν δαΐοις ἄτρεστον μάχαις*. Ceterum *μάχας* non genitivus est, qui Elmsleio videbatur, sed accusativus.

419. *τόπον* M. aliique et Rob. *πόρον* Turn. Utroque conjuncto *τόπον πόρον* Ald. "Aristoph. Av. 245. *ὅσα τ' εὐδρόσους τε Γῆς τόπους ἔχετε*. Eurip. apud Strab. p. 616. *ναίειν Κελαίνας ἐσχάτοις Ἴδης τόποις*. 'In talibus,' inquit Valcken. ad Hippol. 1053. 'frequenter *τόπων* meminerunt tragici, præsertim Æschylus; ex quo *Σαλαμῖνος τόπους, Αὐλίδος τόπους, Πέλοπος τόπον* enotavit Abresch. Anim. ad Æsch. 1. c. 32. p. 232.' Citat v.d. Soph. Trach. 1116. *δράκοντα μήλων φύλακ' ἐπ' ἐσχάτοις τόποις*, et hujus fabulæ v. 356. *πρὸς ἑσπέρους τόπους*. Adjici potest Diphilus Athenæi 6. p. 223 A. *Ὦ τόνδ' ἐποπτεύουσα καὶ κεκτημένη Βραυρῶνος ἱεροῦ θεοφιλέστατον τόπον, Λητοῦς Διός τε τοξόδαμνε παρθένε, Ὡς οἱ τραγῳδοί φασιν, οἷς ἐξουσία Ἔστιν λέγειν ἅπαντα καὶ ποιεῖν μόνοις.*" BLOMF.

420. *Ἀραβίας τ' ἄρειον ἄνθος*] Cum tota chori oratio in maris

Euxini accolis recensendis versetur, jure mirantur interpretes, unde hæc Arabiæ mentio. Nonnulli ad emendationem confugiunt, quorum conjecturas memorare supersedeo. Magis placet Butleri sententia, qui ostendere conatur, nomen Arabiæ latius olim quam vulgo creditur patuisse. Sed nolim hanc quæstionem nimis curiose tractare. Nam verisimile est Æschylum Geographiæ nihilo peritiorem fuisse tragico nostrate, qui oram Bohemiæ maritimam memorat. ELM. Simili atque Butlerus ratione poetam non tam defenderunt quam excusarunt I. H. Vossius in symbolis ad geographiam veterum, quæ diariis Jenensibus a. 1805. sunt adjectæ, p. xviii. Jacobsius in annotatione ad h. l. in Museo Attico vol. 3. p. 410. Welckerus in libro de trilogiis p. 20. Arabiæ mentionem etiam scholiasta est miratus, qui quærit *πῶς τὴν Ἀραβίαν Καυκάσῳ συνῴκισεν.*

ἄνθος A.B.M. aliique plurimi et Rob. *ἔθνος* Ald. Turn.

421. *ὑψίκρημνόν θ' οἳ πόλισμα Καυκάσου πέλας νέμονται*] *Editum castellum* seu oppidum montanum *Caucaso vicinum* quodnam sit, Æschylus non addit, nec apud geographos antiquos reperi nomen, cui hæc descriptio ita conveniat, ut alii non æquo jure tribui possit. *ὀξύπρωροι αἰχμαὶ*, *acutæ lanceæ. βρέμειν αἰχμαῖς lanceis horrere;* ut ap. Eurip. Phœn. 113. *μυρίοις ὅπλοις βρέμων.* SCH.

422. *νέμονται*] *νέμουσι* M.N.

424. *ὀξυπρῴροισι*] Vulgo sine iota subscripto. *ὀξυπώροισι* Ald. *ὀξυπόροισι* Lips.

425—435. Epodi hujus metra vulgo sic descripta, *μόνον*— | *δαμέντ'* — | *Τιτᾶνα* — | *Ἄτλανθ'* — | *κραταιὸν* — | *νώτοις* — | *ξυμπιτνῶν*— | *κελαινὸς*— | *γᾶς*— | *στένουσιν*—.

425. *πρόσθεν*] *πρόσθεν σου* Barocc. et Ald.

ἄλλον] *ἄλλων* aliquot codd. et Ald.

426. *ἀκαμαντοδέτοις*] Scribendum *ἀδαμαντοδέτοις* ex N. Sic v. 148. *ταῖσδ' ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις.*

428. *εἰσιδόμαν*] *εἰσιδόμην* Ald. Rob.

θεὸν L. Guelf. Rob.

Ἄτλαν] Legebatur *Ἄτλανθ'*, ponderosior quam quæ hujus versus fini apta videatur forma. Quamobrem restitui *Ἄτλαν*, de quo scholiasta quoque cogitavit, inepta tamen ille de litera *θ'* comminiscens, quæ non pro *τε* accipienda, sed delenda erat. Scribit autem ita, *οὐ μόνον Ἄτλας Ἄτλαντος, ἀλλὰ καὶ Ἄτλας*

Ἄτλα, καὶ μαρτυρεῖ τὸ Ἀτλαγενέων (apud Hesiod. Op. 381.)· *οἱ πολλοὶ δὲ ἀγνοοῦντες ἐνταῦθα Ἄτλαντα λέγουσιν, οὐκ εἰδότες ὅτι τὸ θ' τε ἐστίν. ἢ τὸ Τιτᾶνα μὴ ἐκληπτέον εἰς τὸν Τυφῶνα, ἀλλὰ συναπτέον πρὸς τὸν Ἄτλαντα, καὶ οὕτως οὐκ ἂν τὸ θ' ἀντὶ τοῦ τε εἴποις, ἀλλὰ Ἄτλαντα.* Dixit de hac accusativi forma Chœroboscus in Bekkeri Anecd. p. 1183. *λέγουσιν οἱ ποιηταὶ πολλάκις ὁ Αἴας τοῦ Αἴα καὶ ὁ Δρύας τοῦ Δρύα καὶ ὁ Θόας τοῦ Θόα, ὡς παρ' Ἡσιόδῳ "ἣ δὲ Θόαν τέκεν υἱόν" καὶ παρ' Ἀλκαίῳ "Αἴαν τὸν ἄριστον." οἱ γὰρ ποιηταὶ μέτρῳ δουλεύοντες πολλάκις διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ μέτρου παραβαίνουσι τὸν κανόνα.*

429. *ὑπέροχον* Hermannus. Libri *ὑπείροχον*. Forma Homerica ab librariis illata, ut in Sophoclis Trachin. 1096.

430. *σθένος κραταιὸν οὐράνιόν τε πόλον*] Manifestum est terræ nomen desiderari. Scribendum *ὑπέροχον σθένος κραταιὸν | γᾶς οὐράνιόν τε πόλον.*

νώτοις] *ὤμοις* dixit v. 348.

—Ἄτλαντος, ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους
ἕστηκε κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
ὤμοις ἐρείδων ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον.

Sic autem variant poetæ in statu Atlantis describendo, ut alii capite, alii humeris, alii dorso cœlum ab eo fulciri tradant. Et Homerus quidem simpliciter nulla parte corporis nominata Odyss. A, 53.

Ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
μακρὰς αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι.

Hesiodus capite et manibus Theog. 517.:

Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης
πείρασιν ἐν γαίης, πρόπαρ Ἑσπερίδων λιγυφώνων
ἑστηὼς, κεφαλῇ τε καὶ ἀκαμάτοισι χέρεσσι.

Euripidi vero dicitur Ion. 1.

Ἄτλας ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανὸν
θεῶν παλαιὸν οἶκον ἐκτρίβων.

Sic etiam ignotus auctor versiculorum, quos in cod. Viteb. scholiastes ad hunc Æschyli, quem tractamus, locum laudavit, quique, sed aliquot locis emendatiores, leguntur in Eudociæ Ἰωνιᾷ p. 16.

Μῦθος παλαιὸς, ὡς Ἄτλας νώτοις φέρει
τὸν οὐρανὸν κάτωθεν ἐκ γῆς ἀνέχων.
σὺ γοῦν ἀκούων γνῶθι τοῦτ' ἀλληγόρως.

ὄρος γὰρ Ἄτλας Λιβύης ἐν ἐσχάτοις,
οὗ τὴν κορυφὴν ἐκ νεφῶν κεκρυμμένην
εἶναι δοκοῦσιν οὐρανοῖς συνημμένην.
ἐντεῦθεν οὖν Ἕλλησιν ἡ μυθουργία,
Ἄτλαντα νώτοις εἰσαεὶ πόλον φέρειν.

SCH. Eustath. p. 1389, 59. *Ἄλλοι δὲ Ἄτλαντα τὸν νοητὸν ἄξονα νοοῦσι, τὸν διὰ μέσης τῆς γῆς ἐληλαμένον, καὶ ἀπὸ τοῦ βορείου εἰς τὸν νότιον πόλον καθήκοντα κ. τ. λ. Ὃς συνεχὴς μέν ἐστι κατὰ τὴν ὁλότητα καὶ εἷς· διὸ καὶ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ κίονα εἶπεν ἑνικῶς καὶ οὐ κίονας.* STANL. Fabulam de Atlante copiosius tractavit Raoul-Rochette in commentatione Parisiis edita a. 1835. *Mémoire sur les représentations figurées du personnage d'Atlas.*

ὑποστεγάζει ex conjectura editum Hermanni Opusc. vol. 1. p. 114. sed ea non vera. Nam nec legitur usquam hoc verbum nec, si legeretur, eam quam hic locus postulat ferendi sive sustinendi, sed tegendi operiendive significationem esset habiturum. Libri omnes *ὑποστενάζει*, quod verbum ipsum quoque aliunde non est cognitum, præbent, nisi quod in editione Robortelli, ex eaque in Stephaniana, *ὑποβαστάζει* legitur, nullo dum in codice inventum: quod manifestum est glossema interpretis. *ὑποστενάζει* legit etiam scholiasta recentior, qui *μετ' ὠδῖνος* (scribendum *ὀδύνης* ex cod. Lips.) *ὑπανέχει* interpretatus bene quidem sensit quid dici debuerit, sed notionem intulit quæ non inest verbo *ὑποστενάζειν*. Eam ego sic esse restituendam arbitror ut *νώτοις ὀχῶν στενάζει* scribatur.

432. *ξυμπίτνων*] Libri *ξυμπιτνῶν*, nisi quod in tribus *ξυμπίπτων* est, usitatum illius verbi glossema. Sic apud Sophoclem Ajac. 58. *ἐμπίπτων* in quibusdam scriptum pro eo quod metrum postulat *ἐμπίτνων*. Accentum correxit Blomfieldus ex observatione Elmsleii, quem v. ad Eurip. Heracl. 77. et ad Medeam 53. p. 86.

βυθός] *βαθύς* M. Rob.

433. *Ἅϊδος δ'*] Legebatur *δ' Ἅϊδος* vitiato metro.

434. *παγαί*] *πηγαὶ* codices aliquot, inter quos M, et Ald. Rob.

δ'] *θ'* M.

ἁγνορύτων Heathius. Libri *ἁγνορρύτων*.

435. *οἰκτρόν*] *πικρόν* aliquot codices, adscripto in uno *οἰκτρόν*.

436. *τοι* M. aliique non pauci et Rob. *τι* B. et Ald. Turn.

μηδ'] *μήδ'* A.B.M. aliique. Vulgo *μήτ'*.

438. *προυσελούμενον*] Codices plerique et Ald. Rob. Steph. *προσελούμενον*. Pauci *προσηλούμενον*, ex quo corruptum est *προσσιλλούμενον*, quod habet Turn. Ex M. affertur *προσεηλύμενον*. Veram scripturam *προυσελούμενον* Porsonus restituit collato Etym. M. p. 690, 11. Προσέληνοι: *προυσελεῖν* (vulgo *προυσελλεῖν*) *λέγουσι τὸ ὑβρίζειν· καὶ οἱ Ἀρκάδες, ἐπειδὴ λοιδορητικοί εἰσιν· οὕτως ἐν ὑπομνήματι Προμηθέως δεσμώτου*. et restituerat vir doctus in margine exemplaris Needhamiani apud Blomfieldum, collata glossa Hesychii *προυγελεῖν*: *προπηλακίζειν, ὑβρίζειν*, quod *προυϝελεῖν* cum digammo scriptum esse videtur Buttmanno Lexil. vol. 2. p. 161. Vulgarem verbi formam alia præbet glossa Hesychii Προσελεῖ (codex *προσέλει*): *προπηλακίζει*. Aristophani Ran. 730. ubi *προσελούμενον* violato metro legebatur, *προυσελοῦμεν* restitui ex codice Ravennate. Pro eo *προυγελοῦμεν* scriptum apud Stobæum Floril. 43, 28.

441. *ἀλλ' αὐτὰ*] *ἀλλὰ ταῦτα* codd. quattuor. Duo alii *ἀλλὰ ταῦτα μέν*.

εἰδυίαισιν] *οἰδυίαισιν* Ald.

442. *τὰν βροτοῖς*] *γρ. τ' ἀμβροτοῖς* B.

πήματα] *πταίσματα* superscriptum in B.

444. *ἐπηβόλους*] *ἐπιβόλους* codd. aliquot et Ald. Turn.

446. *ὧν*] *οἷσι* A.B.

δέδωκ'] *ἔδωκ'* F.

449. *χρόνον*] *βίον* M. et alii plurimi, ex glossemate, ut videtur. Cum scriptura vulgata comparetur Soph. Philoct. 306. *πολλὰ γὰρ τάδε ἐν τῷ μακρῷ γένοιτ' ἂν ἀνθρώπων χρόνῳ*.

450. *κοὔτε*] Respondet *οὐ* versu proximo: quod similibus quum tragicorum tum aliorum scriptorum exemplis illustravit Schæferus ad Lamb. Bos. Ellips. p. 229.

451. *προσείλους*] *προσῆλους* (ει superscr.) M. *προσήλους* Ald. Rob. Steph. et codd. nonnulli: *προσείλους* plerique et Turn. "In Philost. Vit. Apollon. 2, 18. codd. variant inter *πρόσειλα* et *πρόσηλα*, quorum posterius Gruterus et Salmasius contra analogiam præferunt, formatur enim ab *εἵλη*, non ab *ἥλιος*: vid. Ruhnken. ad Tim. p. 96. Etym. M. p. 690, 15. Πρόσειλος *οἰκία*. Phot. Lex. Πρόσειλος. *πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου αὐγὴν ἐστραμμένος*. In Euripid. Phœniss. 674. pro *εὐηλίοισι* Musgravius emendavit *εὐείλοισι*, et *εὔειλος* habet Etym. M. Photius tamen Εὔηλος. *εὐήλιος*. Ἀριστοφάνης. nempe in Ran. 240.

εὐηλίοις ἐν ἀμέραισιν, ubi legendum *εὐείλοις*. Vid. Dawes. M. C. p. 269. et Kiddii notata p. 483." BLOMF. Apud Aristophanem recte legi *εὐηλίοις* metrum ostendit: quamobrem *εὔειλος* ad alium locum referendum videtur, inter fragmenta ab me positum 613.

ἦσαν] *ἶσαν* Ald. Rob. Turn. Steph. Correctum ex codicibus plurimis.

452. *κατώρυχες*] *In defossis specubus*, ut ait Virgilius. Similem fere descriptionem vitæ primigenorum hominum habet Moschio in Stob. Ecl. Phys. 11. *ἦ γάρ ποτ' αἰὼν κεῖνος ἦν, ὁπηνίκα Θηρσὶν διαίτας εἶχον ἐμφερεῖς βροτοὶ, Ὀρειγενῆ σπήλαια καὶ δυσηλίους Φάραγγας ἐνναίοντες· οὐδέπω γὰρ ἦν Οὔτε στεγήρης οἶκος, οὔτε λαΐνοις Εὐρεῖα πύργοις ὠχυρωμένη πόλις κ. τ. λ.* Lucret. 5, 929. *Multaque per cœlum solis volventia lustra, Volgivago vitam tractabant more ferarum*, etc. BLOMF.

ἀήσυροι a pr. manu M. Turn. et Eustath. p. 1500, 28. 1547, 21. *ἀείσυροι* Ald. Rob. Steph. et codices reliqui, nisi quod in A.B. suprascriptum *ἀήσυροι*. "*Ἀήσυρος*. *Levis. Parvus.* *Ἀήσυρον· κοῦφον, ἐλαφρόν.* Hesych. *ἀσθενὲς, κένον· ἔνιοι κοῦφον, ὑπ' αὔρας φερόμενον.* Etymol. M. p. 23, 20. Apollonii Lex. Homer. *Ἀήσυρον. κοῦφον. τὸ οἷόν τε ὑπὸ ἀνέμου σύρεσθαι, τουτέστι ὑπὸ τῆς ἀήτης τῆς ἀνέμου πνοῆς.* Apoll. Rhod. 2, 1103. *Τυτθὸν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀήσυρος ἀκρεμόνεσσιν*, ubi schol. *Ἀήσυρος δὲ ὁ ἐλαφρῶς πνέων· ἀπὸ τοῦ ἄω τὸ πνέω.* quicum consentit Eustath. p. 1547, 21. Suidas. *Ἀήσυρον. τὸ λεπτόν. τὸ μετέωρον καὶ κοῦφον. τὸ ἐλαφρόν. παρὰ τὸ ἀέρι σύρεσθαι. ἐπὶ ὀρνέων. Ἀήσυρον κάμψει γόνυ.* Cf. Arnald. Lect. Græc. p. 6. Ruhnken. Epist. Crit. 1. p. 87." BLOMF.

453. *ἐν μυχοῖς ἀνηλίοις*] Sic Eurip. Herc. f. 608. *χρόνῳ δ' ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν.* PORS.

454. *ἦν δ' οὐδὲν*] *οὐκ ἦν γὰρ* Achilles Tat. Isagog. in Arat. Phæn. c. 1. PORS.

457. *ἀντολὰς*] *ἀνατολὰς* aliquot codd.

458. *δύσεις*] *ὁδούς* Stobæus Eclog. phys. vol. 1. p. 4.

459. *ἀριθμὸν*] Arithmeticam dicit, quam artium præstantissimam censebant Pythagorei, inter quos Æschylus locum obtinuit, duplici respectu: *οὐ μόνον, ὅτι ἔφαμεν αὐτὴν ἐν τῇ τοῦ τεχνίτου θεοῦ διανοίᾳ προϋποστῆναι τῶν ἄλλων ὡσανεὶ λόγον τινὰ κόσμιον καὶ παραδειγματικὸν, πρὸς ὃν ἀπερειδόμενος ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ὡς πρὸς προκέντημά τι* (ita novo nomine appellare

videtur antecedentes in mente divina priusquam existerent rerum notiones) *καὶ ἀρχέτυπον παράδειγμα, τὰ ἐκ τῆς ὕλης ἀποσκοπεῖ, καὶ τοῦ οἰκείου τέλους τυγχάνειν ποιεῖ· ἀλλὰ καὶ ὅτι φύσει προγενεστέρα ὑπάρχουσα* (ita legendum) *ὅσῳ συναναιρεῖ μὲν ἑαυτῇ τὰ λοιπὰ, οὐ συναναιρεῖται δὲ ἐκείνοις.* Nicomach. lib. 1. *ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς.* Inter Pythagorea *ἀκούσματα* recenset Jamblichus *τί τὸ σοφώτατον; ἀριθμὸς,* de vit. Pythag. c. 17. Quod vero ad auctorem Arithmeticæ spectat, sunt, qui Minervam eo nomine laudent, Liv. 7. 3. *eoque Minervæ templo dicatam legem, quia numerus a Minerva inventus sit;* alii Palamedem, de quo Plato, *ἢ οὐκ ἐννενόηκας ὅτι φησὶν ἀριθμὸν εὑρών.* Sophocles de eodem [fr. 379.]

> *οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῦχος Ἀργείῳ στρατῷ*
> *σταθμήν τ'* [*σταθμῶν,*] *ἀριθμῶν καὶ μέτρων εὑρήματα*
> *κἀκεῖν' ἔτευξε* etc.

Euripides in Phœnissis 545.

> *καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι, καὶ μέρη σταθμῶν*
> *ἰσότης ἔταξε, κἀριθμὸν διώρισε.*

Et Manilius 4, 207.

> *Qui primus numeros rebus, qui nomina summis*
> *Imposuit, certumque modum, propriasque figuras.*

STANL.

σοφισμάτων] *νοφισμάτων* M. Veram scripturam in margine adscripsit manus recentior. Scholiasta, *γράφεται καὶ νοσφισμάτων· καὶ γάρ τις μέτρον γινώσκων τῶν πραγμάτων αὐτοῦ οὔποτε τοῦ εἰκότος ἐκπέσοι.*

460. *ἐξεῦρον*] Scribendum *ἐξηῦρον* ex Stobæi Floril. 81, 1.

γραμμάτων τε συνθέσεις] Ita Cedrenus p. 66. *Προμηθεὺς γραμματικὴν, ὥς φασιν, ἐξεῦρεν·* et Suidas: *Προμηθεὺς εὗρε πρῶτος τὴν γραμματικὴν φιλοσοφίαν.* Alii ad alios referunt. Plinius H. N. 7, 56. *Literas semper arbitror Assyrias fuisse, sed alii apud Ægyptios a Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt.* Euripides ad Palamedem, cujus sub persona ita loquitur fragm. 2.

> *τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνον,*
> *ἄφωνα καὶ φωνοῦντα συλλαβὰς τιθεὶς* [*συλλαβάς τε θείς*]
> *ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι.*

STANL. *γραμμάτων δὲ σύνθεσιν* Stobæus.

461. *θ'* omittunt M. et Stobæus.

ἐργάτιν] Scribendum *ἐργάνην* ex Stobæo. Idem in M. exstitisse videtur, in quo postremæ literæ manu recentiori sunt exaratæ in litura veteris scripturæ.

μνήμην θ' ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην] Non tantum innuit *λογισμοὺς καὶ τὰς τῶν ὀνομάτων θέσεις*, quæ Mnemosynes inenta sunt (Diodor. Sic. 5, 67.), sed omnino omnes artes ac facultates, quæ sine memoria ne exsistere quidem, nedum perfici potuissent. *Μνήμη* h. l. physice, non mythice ponitur, etsi Mnemosyne dea est Musarum mater; hic vero artem memoriæ intelligit, eamque tantum *μουσομήτορ' ἐργάνην*, non *τῶν Μούσων μητέρα* appellat, ut significet, se tantum ad illam fabulam de Mnemosyne Musarum matre alludere, non autem ea sic, ut poetæ solent, in rem suam abuti velle. *ἐργάνη*, quod epitheton Minervæ est, idem quod in aliis legitur *ἐργάτις*, *opifex*, *effectrix*; *ἐργάνη* vero, quia exquisitius et magis reconditum est, genuinum videtur. Ceterum Pythagoreos artem memoriæ diligenter coluisse notum est. Citat Stanl. Jamblich. de vita Pythag. c. 29. ubi is de Pythagoræ sectatoribus: *ἐπὶ πλέον ἐπειρῶντο τῇ μνήμῃ γυμνάζειν. οὐδὲν γὰρ μεῖζον πρὸς ἐπιστήμην, καὶ ἐμπειρίαν καὶ φρόνησιν τοῦ δύνασθαι μνημονεύειν.* SCH.

462. *πρῶτος*] *πρῶτ'* Rob.

463. *ζεύγλαισι*] *ζεῦγλαι*, *lora jugalia*, pertinet ad boves, quibus ad arandum utebantur. SCH. *ζεύγλῃσι* A.B. aliique, non M.

δουλεύοντα· σώμασιν θ' ὅπως] In edd. vett. distinctum *δουλεύοντα σώμασίν θ', ὅπως* — quod correxit Porsonus. De utraque ratione dixit scholiasta recentior.

464. *μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων*] Similiter Æschylus in fragmento Promethei soluti [180] jumenta *ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα* appellat. SCH.

465. *γένοινθ'* Brunckius. Libri *γένενθ'*.

ἅρματ'] *ἅρμα τ'* Turn.

ὑφ' ἅρματα—χλιδῆς] Schol. A. *τὸ γὰρ ἐποχεῖσθαι τοῖς ἵπποις πλουσίων ἐστί.* Æschylus, credo, Atheniensium morem perstringit, qui nobilitatem domus solebant æstimare ex equorum numero, quos ad certamen Olympicum alebat. Herodotus ait Miltiadem fuisse *οἰκίας τεθριπποτρόφου.* quod bene observavit Giacomellius. conf. Aristoph. Nub. 74. Thucyd. 6. 12. Demosth. de Coron. §. 199. Conferri potest Menagius ad Laert.

p. 173. BLOMF. Quod vero sibi arrogat Prometheus, alii aliis tribuunt. Plinius Hist. Nat. 7, 56. *Vehiculum cum quatuor rotis Phryges.* Et postea: *Bigas primum junxit Phrygum natio, quadrigas Erichthonius.* Virgil. Georg. 3, 113. *Primus Erichthonius currus et quatuor ausus jungere equos.* Euseb. num. 543. *Erichthonius primus quadrigam junxit in Græcia, erat quippe apud alias nationes.* Et num. 447. *Trochilus primus fertur junxisse quadrigam.* Tertullianus posteriori favet. STANL.

467. θαλασσόπλαγκτα—ὀχήματα] Apposite Cassiodorus lib. 5. var. Epist. 17. *Vela alas navium facientia linum volatile, quidam spiritus currentium carinarum, prænuntia mercium, auxilia quieta nautarum, quorum beneficio conficiunt otiosi, quod a pluribus avibus vix probatur impleri.* Nostrum secutus Ennius ap. Serv. ad Virg. Æn. 1, 228. *naves velivolas* dixit, et Virgil. Æn. 3, 520. *velorum pandimus alas.* ναυτίλων ὀχήματα ex Homero adumbratum Od. Δ, 708.: Νηῶν ὠκυπόρων ἀνεβαίνετο, αἵ θ' ἁλὸς ἵπποι Ἀνδράσι γίγνονται. Ita Cicero De nat. deor. 2, 25. Argo appellavit *novum vehiculum Argonautarum*, et Catullus de eadem 65, 9.: *Ipsa levi fecit volitantem flamine currum.* STANL. Universo autem huic loco illustrando optime inserviunt Moschionis versus (ap. Stobæum Ecl. phys. p. 145. edit. Grot.), quos Brunckii exemplo hic subjungimus:

Πρῶτον δ' ἄνειμι καὶ διαπτύξω λόγῳ
ἀρχὴν βροτείου καὶ κατάστασιν βίου.
ἦν γάρ ποτ' αἰὼν κεῖνος, ἦν, ὁπηνίκα
θηρσὶν διαίτας εἶχον ἐμφερεῖς βροτοί,
ὀρειγενῆ σπήλαια καὶ δυσηλίους
φάραγγας ἐνναίοντες. οὐδέπω γὰρ ἦν
οὔτε στεγήρης οἶκος οὔτε λαΐνοις
εὐρεῖα πύργοις ὠχυρωμένη πόλις.
οὐ μὴν ἀρότροις ἀγκύλοις ἐτέμνετο
μέλαινα καρποῦ βῶλος ὀμπνίου τροφός·
οὐδ' ἐργάτης σίδηρος εὐϊώτιδος
θάλλοντας οἴνης ὀρχάτους ἐτημέλει.
ἀλλ' ἦν ἀκύμων κοὐδὲν ἐκφύουσα γῆ
βοραὶ δὲ σαρκοβρῶτες ἀλληλοκτόνους
παρεῖχον αὐτοῖς δαῖτας, ἦν δ' ὁ μὲν νόμος
ταπεινός· ἡ βία δὲ σύνθρονος Διί·

ὁ δ' ἀσθενὴς ἦν τῶν ἀμεινόνων βορά.
ἐπεὶ δ' ὁ τίκτων πάντα καὶ τρέφων χρόνος
τὸν θνητὸν ἠλλοίωσεν ἔμπαλιν βίον,
εἴτ' οὖν μέριμναν τὴν Προμηθέως σπάσας
εἴτ' οὖν ἀνάγκην, εἴτε τῇ μακρᾷ τριβῇ
αὐτὴν παρασχὼν τὴν φύσιν διδάσκαλον,
τόθ' εὑρέθη μὲν καρπὸς ἡμέρου τροφῆς
δήμητρος ἁγνῆς, εὑρέθη δὲ Βακχίου
γλυκεῖα πηγὴ, γαῖα δ' ἡ πρὶν ἄσπορος
ἤδη ζυγουλκοῖς βουσὶν ἠροτρεύετο.
αὐτοὶ δ' ἐπυργώσαντο καὶ περισκεπεῖς
ἔτευξαν οἴκους· καὶ τὸν ἠγριωμένον
εἰς ἥμερον δίαιταν ἤγαγον βίον.
κἀκ τοῦδε τοὺς θανόντας ὥρισεν νόμος
τύμβοις καλύπτειν κἀπιμοιρᾶσθαι κόνιν
νεκροὺς δ' ἀθάπτους μηδ' ἐν ὀφθαλμοῖς ἐᾶν
τῆς πρόσθε θοίνης μνημόνευμα δυσσεβές.

Dignus etiam est qui conferatur Vitruvius lib. 2. cap. 1. SCH.

468. εὗρε] εὗρεν Ald. Rob. Turn. Scribendum ηὗρε.

ναυτίλων] ναυτιλόχων M.

469. ἐξευρὼν] ἐξεῦρον aliquot codd. et Rob.

470. βροτοῖσιν] βροτοῖς Rob.

αὐτὸς] αὐτὸς δ' Vindob. quartus et Rob.

σοφισμ' ὅτῳ] σοφισμάτων M., superscripto ab alia manu ὅτῳ.

472. αἰκὲς Porsonus. Scribebatur ἀεικές. De forma disyllaba αἰκής et de quadrisyllaba αἰκέλιος pro ἀεικέλιος v. Seidler. in libro de versibus dochm. p. 404.

Post φρενῶν interpungitur ab Ald. Rob. Correctum in Turn.

473. πλανᾷ] πλάνα Ald. πλάνᾳ Turn. Recta scriptura est in M. aliisque et Rob. Steph. In nonnullis codicibus πλάνῃ, quod librarii posuerunt pravo accentu πλάνᾳ decepti.

κακὸς δ' ἰατρὸς ὥς τις] Huc respicit Sulpicius in Epist. ad Ciceron. Epist. ad Diversos 4, 5. *Neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt.* BLOMF.

ὥς τις] ὅστις Ald. Rob. et aliquot codd.

474. σεαυτὸν] σαυτὸν Vindob. duo.

475. ἰάσιμος] ἰάσιμον duo codd. et Ald.

476. μου] μοι novem codices.

θαυμάσει] *θαυμάσεις* Turn. Reliquæ edd. et codd. *θαυμάσῃ*.

477. *πόρους* A.B.M. aliique et Rob. Alii *δόλους* ut Ald. Turn.

478. *εἰς*] Scribendum *ἐς* ex A.B. aliisque nonnullis.

479. *οὔτε* A.B. et duo alii. Vulgo *οὐδέ*. Cum responsione particularum *οὔτε—οὐ—οὔτε* comparetur Eurip. Orest. 46. *ἔδοξε δ' Ἄργει τῷδε μήθ' ἡμᾶς στέγαις, μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα μητροκτονοῦντας.*

βρώσιμον—χριστὸν—πιστόν] Quod hic *βρώσιμον* et *πιστὸν* vocat, in Agam. 1407. *ἐδανὸν* et *ποτὸν* dixit. Quatuor sunt *φαρμάκων* genera, quorum præcipue mentio fit apud auctores Græcos, *φάρμακα χριστὰ, παστὰ, πλαστὰ* et *πιστὰ* vel *πότιμα*, quibus interdum additur quintum genus *τὰ βρώσιμα* et sextum *ἐπῳδαὶ*, prout eis ad *ungendum*, *inspergendum*, *emplastro obtegendum*, *bibendum*, *edendum* vel *excantandum* utebantur. Schol. Aristoph. Plut. 717. *τῶν φαρμάκων τὰ μέν ἐστι καταπλαστὰ, τὰ δὲ χριστὰ, τὰ δὲ ποτά.* ubi vid. Hemsterhus. Schol. Venet. ad Il. Δ. 191. *τρεῖς δὲ φαρμάκων ἰδέαι, ἐπίπαστα, ὡς ἐπὶ Μενελάῳ. χριστὰ, ἰοὺς χρίεσθαι· πότιμα, ὡς ἐπὶ Ἑλένης.* Eurip. Hippol. 521. *Πότερα δὲ χριστὸν, ἢ ποτὸν τὸ φάρμακον;* Idem in Ino ap. Stob. 38. p. 149. Grot. *ὡς ἦν μόχθος ἰατροῖς μέγας, Τομαῖς ἀφαιρεῖν, ἢ ποτοῖσι φαρμάκοις, Πασῶν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων.* Theocrit. 11, 1. *Οὐδὲν ποττὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο, Νικία, οὔτ' ἔγχριστον, ἐμὶν δοκεῖ, οὔτ' ἐπιπαστόν.* Longus Past. 1. *Ἔρωτος γὰρ οὐδὲν φάρμακον, οὐ πινόμενον, οὐκ ἐσθιόμενον, οὐκ ἐν ᾠδαῖς λαλούμενον.* Theophylact. Epist. 42. p. 74. *καὶ ἢ ἐγκεράσας, ἢ ἐγχρίσας, ἢ ἐπιπλάσας, τῷ νοσήματι ἀντιπαλαμήσομαι.* Sozomen. Hist. Eccl. 2. p. 452. *φαρμάκων μὲν, ἔφη, οὔτε χριστῶν, οὔτε ἐπιπλάστων εἴδησιν ἢ πεῖραν ἔχω.* Pindar. Pyth. 3, 91. *Τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων, τοὺς δὲ προσανέα πίνοντας, ἢ γυίοις περιάπτων παντόθεν φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς ἔστασεν ὀρθούς.* Toupius Emend. vol. 4. p. 237. *πάσματα* et *πλάσματα* confundit. Sed recte distinguit Gataker. ad M. Antonin. 4. p. 197, 26. S. Ignatius in Epist. ad Polycarp. p. 11. ed. Voss. *οὐ πᾶν τραῦμα τῷ αὐτῷ ἐμπλάστρῳ θεραπεύεται. τοὺς παροξυσμοὺς ἐμβροχαῖς παῦε.* Septimum genus memorat Porphyrius de Abstin. p. 11. *εἴτε ὀσφραντὸν, εἴτ' ἐπίχριστον, εἴτε ποτὸν ἢ βρωτὸν προσάγει φάρμακον.* quæ illustrant Alexidis locum ap. Athen. 15. p. 687, D. *ὑγιείας μέρος Μέγιστον, ὀσμὰς ἐγκεφάλῳ χρηστὰς ποιεῖν.* Atque hinc explicari

potest insignis locus Eurip. Suppl. 1110. quem viri docti minus perspectum habuerunt. *Μισῶ δ' ὅσοι χρῄζουσιν ἐκτείνειν βίον, Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασι Παρεκτρέποντες ὀχετὸν ὥστε μὴ θανεῖν.* Gatakerus et Marklandus legunt *ποτοῖσι μαγγανεύμασι* ex Plutarcho, male: *βρωτοῖσι* enim et *ποτοῖσι* non de eduliis dicuntur, sed cum subintellecta voce *φαρμάκοις* sumenda. Sensus est "Qui per medicamenta edenda et potanda, vel per carmina magica mortem differre tentant." Vetus lectio satis firmatur ex Orest. 1508. *Ἤτοι φαρμάκοισιν, Ἢ μάγων τέχναισιν.* Medea per *μαγεύματα* Æsona renovavit. Hippocr. de Morbo Sacro p. 345. ed. Vanderl. *οὗτος καὶ ταύτην τὴν νοῦσον ἰῷτο ἄν, εἰ τοὺς καιροὺς διαγινώσκει τῶν ξυμφερόντων, ἄνευ καθαρμάτων καὶ μαγευμάτων, καὶ πάσης ἄλλης βαναυσίης τοιαύτης.* Cf. etiam Lucian. Macrob. 4, 10. Misc. Obs. 10, p. 426. Lex. MS. ap. Bibl. Coislin. p. 236. et Suid. v. *Μαγεία.* Nihil horum dedit H. Steph. in Dictionario Medico. Recte monet Stanleius *πιστός* ab antiquo *πίω* formatum esse. Eustath. ad Iliad. Π. p. 1050, 48. *ὁ μέντοι πιστὸς, ἤγουν ποτὸς, τούτεστι πινόμενος, κατὰ τὸ, χριστὰ καὶ πιστὰ φάρμακα, ἐκ τοῦ πίω πίσω παρῆκται.* De hoc antiquo verbo locus est Etymologi p. 673, 18. quem integrum exscribere non gravabor. *παρὰ τὸ πίω πίσω, ὡς λύω λύσω. ἐκ τούτου ῥηματικὸν ὄνομα πῖσος καὶ πίσεα. τὸν δὲ πίσω μέλλοντα ὁ τεχνικὸς μὴ εὑρῆσθαι φησὶ, καὶ ταῦτα, εἰρημένου αὐτοῦ παρὰ Πινδάρῳ, οἷον, Πίσω γε Δίρκης ὕδωρ. καὶ παρὰ Εὐπόλιδι Τῷ δ' ἂν οἶνος εἴη πολὺς, πίσει.* Hinc *πίστρα* pro *πότιστρα* ibid. 27. Hesych. Suid. Eurip. Cycl. 29. *πιστήρια, ποτιστήρια* Photius Lex. MS. Hinc *πισμός* et *πιστὴρ, ληνός,* apud Hesychium; *ἐμπισθέν* Nicand. Ther. 624. BLOMF.

480. *οὔτε πιστὸν* Blomfieldus, ex Ar., ut videtur. Vulgo *οὐδὲ πιστόν.* Duo codices *οὐ πιστὸν,* totidem *οὐ ποτιστόν.*

481. *πρὶν*] Scribendum *πρίν γ'* ex M. aliisque nonnullis et Rob.

482. *ἀκεσμάτων*] *κερασμάτων* superscriptum in B.

483. *ἐξαμύνονται*] *ἐξαμείβονται* aliquot codd. et Ald. "De medicina Plinius H. N. 7, 56.: *Medicinam Ægyptii apud ipsos volunt repertam, alii per Arabum Babylonis et Apollinis filium; herbariam et medicamentariam a Chirone Saturni et Phyllirœ filio.* Ad ipsum Apollinem referunt alii. Callimach. hymn. 2, 45.: *ἐκ δέ νυ Φοίβου Ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο.* Ovid. Metam. 1, 521. *Inventum medicina meum est;*

opiferque per orbem Dicor, et herbarum subjecta potentia nobis." STANL.

484. δὲ] Scribendum τε ex M.

486. ὕπαρ] *Verum Somnium.* Homer. Od. T. 547. Οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν, ὅ καὶ τετελεσμένον ἔσται. Photius Lex. Ὕπαρ· ἐγρηγορὸς ὀπτασία (Angl. *a day-dream.*) ἀληθής. consentit Hesych. Plato Theætet. p. 158 C. εἴτις ἔροιτο νῦν οὕτως ἐν τῷ παρόντι, πότερον καθεύδομεν καὶ πάντα ἃ διανοούμεθα ὀνειρώττομεν, ἢ ἐγρηγόραμέν τε καὶ ὕπαρ ἀλλήλοις διαλεγόμεθα. Schol. in Platon. ed. Ruhnken. p. 245. Ὕπαρ ἐστὶ τὸ μέσον ἐγρηγόρσεως καὶ ὕπνου ὁρώμενον. Ammonius, Ὕπαρ ὀνείρατος διαφέρει. ὕπαρ μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἐναργὴς ὄψις· ὄνειρον δὲ, ἡ ἐν τῷ καθεύδειν φαντασία. ubi vide Valcken. Animadv. p. 217. BLOMF.

κληδόνας] *Omina quæ per vocem fiunt.* Choeph. 1043. quod φήμη interdum dicitur, ut ap. Aristoph. Av. 720. BLOMF.

487. ἐνοδίους τε συμβόλους] *Omina quæ in itinere occurrunt,* quale erant Agamemnoni aquilæ lepus vorantes, in Agam. 112. quod ibi vocatur ὅδιον κράτος. Quædam enumerat Horatius Carm. 3, 27, 1. seqq. Tibull. 1, 3, 19. *O quoties ingressus iter, mihi tristia dixi Offensum in portam signa dedisse pedem.* cf. Theocrit. 18, 16. Infausta itinera Æschylus vocat παρόρνιθας πόρους, Eumen. 769. Hujusmodi omina Athenienses ὄρνεις vocabant; Aristoph. Av. 719. Ὄρνιν τε νομίζετε πάνθ' ὅσαπερ περὶ μαντείας διακρίνει· Φήμη γ' ὑμῖν ὄρνις ἐστί· πταρμόν τ' ὄρνιθα καλεῖτε· Ξύμβολον ὄρνιν· φωνὴν ὄρνιν· θεράποντ' ὄρνιν· ὄνον ὄρνιν. ubi schol. ξύμβολον ὄρνιν φησὶν, ἐπειδὴ συμβόλους ἐποίουν τοὺς πρῶτα ξυναντῶντας, καὶ ἐξ ἀπαντήσεώς τι προσημαίνοντας. ξυμβόλους δὲ καὶ τοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμοὺς ἔλεγον. ἀνετέθεντο δὲ οὗτοι Δήμητρι, ὥς φησι Φιλόχορος. Xenoph. Mem. 1, 1, 3. ὅσοι μαντικὴν νομίζοντες, οἰωνοῖς τε χρῶνται καὶ συμβόλοις καὶ θυσίαις. cf. Cyrop. 8, 7. 3. Aristoph. Plut. 63. BLOMF. τε om. aliquot codd. et Ald. Rob.

488. γαμψωνύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν] Suidas Telegonum augurandi scientiam invenisse tradit; Plinius 7, 56. ait esse inventum ejus Caris, a quo Caria nomen acceperit. Alii in Etruria repertam volunt, auctoremque extitisse Tagen. Ovid. Met. 15, 558. Quin de Chaldæis (a quibus ad Lydos, a Lydis ad Etruscos videtur defluxisse) Diodorus Siculus 2,

29. Ἐμπειρίαν δ' ἔχουσι καὶ τῆς διὰ τῶν οἰωνῶν μαντικῆς. STANL.

490. εὐωνύμους] εὐώνυμοι Rob. Steph. cum aliquot codd.

492. στέργηθρα] στέργητρα M. et Cantabrig. primus. Alii quidam θέλγητρα.

συνεδρίαι] Scribendum ξυνεδρίαι cum Brunckio. "Verbum est augurale; contrarium διεδρία Aristot. Hist. Anim. 9, 1. sub med. τοῖς ὠμοφάγοις ἅπαντα πολεμεῖ, καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις—— ὅθεν καὶ τὰς διεδρίας καὶ τὰς συνεδρίας οἱ μάντεις λαμβάνουσι. δίεδρα μὲν τὰ πολέμια τιθέντες· σύνεδρα δὲ τὰ εἰρηνεύοντα πρὸς ἄλληλα. Ælian. N. A. 1, 48. ὀττεύονται πρὸς τὴν (κόρακος) βοὴν οἱ συνιέντες ὀρνίθων καὶ ἕδρας καὶ κλαγγὰς καὶ πτήσεις αὐτῶν. add. 3, 9. et 8, 5. hinc ὄρνις οὐκ εὔεδρος apud eundem 16, 16. quo et pertinet ἔξεδρος. vid. Spanh. ad Callim. hymn. in Pallad. vs. 124." ABRESCH.

495. χολῆς λοβοῦ τε ποικίλην εὐμορφίαν] *Fellis etiam et jecinoris varium habitum et colorem;* hic idem quod versiculis duobus antecedentibus generatim dixerat, ad propriam fellis et jecoris naturam transfert; haruspices enim accurate observabant, quæ pars jecoris inimica, quæ pars familiaris esset, quod fissum periculum, quod commodum aliquod ostenderet; caput jecoris ex omni parte diligentissime considerabant, an scilicet a cultro læsum esset, vel plane abesset. Centena talia vel ex uno Julio Obsequente antiquitatis studiosi cognoscent. SCH. Si λοβὸς defuit, auspicium infelix fuit. Eurip. Electr. 826. ἱερὰ δ' εἰς χεῖρας λαβὼν Αἴγισθος ἤθρει, καὶ λοβὸς μὲν οὐ παρῆν σπλάγχνοις, πύλαι δὲ καὶ δοχαὶ χολῆς πέλας κακὰς ἔφαινον τῷ σκοποῦντι προσβολάς. Inter prodigia ab Julio Obsequente memorata hoc etiam narratur, *quum immolassent victimas consules, jecur extabuit*, p. 71. ed. R. Steph. BLOMF.

496. κνίση M. Vulgo κνίσσῃ.

κνίσῃ—θνητοὺς] *Porro ego membra s. ossa arvina cooperta et lumbum longum comburendo* (cf. Homer. Iliad. A, 460. 461.) *ad artem difficilem viam monstravi hominibus.* Ad rem illustrandam Morellus excitavit sequentia scriptorum loca: Senec. Œdip. v. 309, ubi Tiresias loquitur:

Utrumne clarus ignis et nitidus stetit
rectusque purum verticem cælo tulit
et summam in auras fusus explicuit comam,

an latera circa serpit incertus viæ
et fluctus ante turbidus fumo labat.

Et Stat. Theb. 10, 593:

Sanguineos flammarum apices, geminumque per aras
ignem, et clara tamen medio fastigia lucis
orta docet; tunc in speciem serpentis inanem
ancipiti gyro volvi, frangique rubore
demonstrat dubio.

Add. Eurip. Phœn. 1072. ibique Valckenærii notam. SCH. Interpunctionem post συγκαλυπτὰ recte tollit Schuetzius.

497. ὀσφὺν] ὀσφὴν Ald. ὀφρῦν Ar. Scribendum ὀσφῦν. Nam ὀσφῦς perispomenon esse docent Herodianus περὶ μον. λέξ. p. 31, 16. et Arcadius p. 92, 11.

498. φλογωπὰ σήματα] *Flammea signa.* Loquitur de ἐμπυρομαντείᾳ, *ignispicio.* In ignispiciis flammam spectabant, quomodo se per auras explicaret. Adeas Valcken. ad Phœniss. 1261. Apoll. Rhod. 1, 144. αὐτὸς δὲ θεοπροπίας ἐδίδαξεν Οἰωνούς τ' ἀλέγειν, ἠδ' ἔμπυρα σήματ' ἰδέσθαι. BLOMF.

499. ἐξωμμάτωσα] *Lucida reddidi.* Proprie dicitur de cæcis, cui visus redditur. Aristoph. Plut. 635. Ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας. quem versum e Sophoclis Phineo esse monet Scholiasta. Ὀμματόω occurrit Choeph. 852. Suppl. 463. Ξυνῆκας· ὠμμάτωσα γὰρ σαφέστερον. BLOMF.

ἐπάργεμα] *Caligine obducta*, ab ἄργεμον *albugo oculi.* Ἄργεμον ἐστὶν, ὅταν κατὰ τὸν τῆς ἴριδος κύκλον, καὶ τὸ λεύκωμα, ἐνίοτε δὲ τὸ μέλαν, ἕλκος γίνεται στρόγγυλον καὶ ὑπόλευκον. Galen. Introd. c. 15. Ἄργεμα κατὰ Δίδυμον τὰ ἐπὶ ὀφθαλμῶν λευκώματα, ὧν μνήμη τῷ Αἰσχύλῳ ἐν τῷ Πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα. Eustath. ad Od. B. p. 1430, 60. Cf. Agam. 1115. Choeph. 663. BLOMF.

500. ἔνερθε] ἔνερθεν codd. nonnulli.

502. σίδηρον] σίδαρον M.

χρυσόν τε] χρυσὸν δὲ M. aliique nonnulli et Ald. Turn.

503. πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμοῦ] Alios repertores assignat Plinius 7, 56. *Ferrum Hesiodus in Creta eos qui vocati sunt Dactyli Idæi. Argentum invenit Erichthonius Atheniensis; ut alii, Æacus. Auri metalla et conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangæum montem; ut alii, Thoas et Æaclis in Panchaia, aut Sol Oceani filius.* STANL.

504. *οἶδα, μὴ*] *οἶδ' εἰ* aliquot codd.

505. *μύθῳ*] *λόγῳ* Vindob. duo.

πάντα ταῦτα M. et quattuor alii.

506. *βροτοῖσιν*] *θνητοῖσιν* duo codd.

507. *μή νυν* Porsonus. Vulgo *μὴ νῦν*.

512. *κρᾶναι*] *κρῆναι* Ald. Rob.

513. *φυγγάνω*] *φυγγανῶ* Vindob. duo. Iidem v. 525. *ἐκφυγγανῶ*. Quæ vitiosa forma futuri est, librarii arbitrio illata.

516. Μοῖραι *τρίμορφοι*] *Tres Parcæ*, *μορφὴ* enim hic personam significat. Parcæ autem fata decernunt, Furiæ exsequuntur. SCH.

Ἐρινύες M. Vulgo Ἐριννύες.

517. *ἄρα Ζεὺς* quinque codd. Totidem et Rob. *ἆρα Ζεύς*. *ἆρ' ὁ Ζεὺς* Ald. *ἄρ' ὁ Ζεὺς* Turn. et codd. optimi: quod restituendum.

518. *γε*] *τε* Ald. et codd. nonnulli. Herodoti verba 1, 91. comparavit Blomfieldus, *τὴν πεπρωμένην μοίρην ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγέειν καὶ τῷ θεῷ*.

519. *πλὴν*] *πρὶν* M.

520. *οὐκέτ' ἂν π.* Brunckius tacite, ex suis haud dubie codicibus (A.B.) quibuscum quattuor alii consentiunt. *οὐκ ἂν οὖν π.* vulgo. *οὖν* omittunt codices quattuor.

522. Eurip. Hel. 119. *ἄλλου λόγου μέμνησο*. BLOMF.

525. *δύας*] *βίας* aliquot codd. et Rob.

526—544. Versus in edd. vett. sic divisi, *μηδάμ'*— | *ἀντίπαλον* — | *θεοὺς* — | *βουφόνοις* — | *ἄσβεστον* — | *ἀλλά*— | *ἡδύ* — | *ἐλπίσι*— | *ἐν*— | *μυρίοις*— | *Ζῆνα*— | *ἰδίᾳ*—*Προμηθεῦ*.

527. *θεῖτ'*] *θεῖτο* M. aliique nonnulli et Ald. Rob.

530. *ἐλινύσαιμι* Rob. et pars codicum. Alii *ἐλιννύσαιμι*, ut Ald. Turn.

ποτινισσομένα] *ποτινισομένα* M. "Νείσσομαι et *νίσσομαι* utroque modo scribi docet Bentleius ad Horat. Carm. 1, 25, 7. sed tamen *νείσσομαι* rectius judicat, quicum sentit Valcken. ad Theocrit. 7, 25. Sed in compositis semper per simplicem *ι* scribitur. Homer. Il. I. 381. *Οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν ποτινίσσεται*. Sophocl. Antig. 129. *Πολλῷ ῥεύματι προσνισσομένους*. Cf. Ruhnken. Epist. Crit. 1. p. 99." BLOMF.

531. *Ὠκεανοῦ*] *Ὠκεανοῖο* Turn. et codd. nonnulli.

ἄσβεστον πόρον] *ἄσβεστος*, *Inexstinctus. Inquietus. ἀκατά-*

παυστος. Hesych. Eustath. ad Il. X. p. 1260, 4. *Ἐνθυμητέον δὲ ἐνταῦθα καὶ ὅτι τὸ σβέννυσθαι οὐ μόνον ἐπὶ πυρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἄλλων. ὡς μυριαχοῦ φαίνεται. ἐν οἷς καὶ τὸ καθ' Ἡσίοδον—γάλα αἰγῶν σβεννυμενάων—* (Op. 2, 209.) *ὅ ἐστι παυσαμένων τοῦ θηλάζειν*. Agam. 888. *Ἐμοί γε μὲν δὴ κλαυμάτων ἐπίσσυτοι Πηγαὶ κατεσβήκασιν*. et 960. *ἔστιν θάλασσα; τίς δέ νιν κατασβέσει;* Pers. 584. *Μητρὸς δὲ πηγὴν τίς κατασβέσει δίκη;* BLOMF.

534. *τόδ' ἐμμένοι*] *τόδε μένοι* Ald. Turn.

535. *ἐκτακείη*] *Memoria excidat.* Sic Critias ap. Athen. 10. p. 432 E. *λῆσις δ' ἐκτήκει μνημοσύνην πραπίδων.* Post *ἐκτακείη* comma ponatur. Nam *τόδε* ad sequentia refertur, *ἡδύ τι* etc.

538. Comma in codicibus nonnullis non ante, sed post *φαναῖς* positum. Manifestum vero *φαναῖς* aptius ad *εὐφροσύναις*, quod epitheto esset cariturum, referri quam ad *ἐλπίσι*.

540. *δερκομένη*] Scribendum *δερκομένα* ex A.B. aliisque codd.

541. Post *διακναιόμενον* exciderunt syllabæ quattuor – – ᴗ –.

543. *ἐν ἰδίᾳ γνώμῃ* (*γνώμᾳ* codd. duo)] *ἐν*, quo libri carent, ex Blomfieldi editione irrepsit, qui Burneium erat secutus. Alii alia conjecerunt veræ ignari scripturæ *αὐτόνῳ γνώμᾳ*, cujus glossema est *ἰδίᾳ γνώμῃ*. Sic *αὐτόγνωτος* apud Soph. Antig. 875. per *ἰδιογνώμων* explicat Etym. M. p. 173, 38.

σέβει] Libri *σέβῃ*.

544. *θνατοὺς*] *θνητοὺς* Ald. Rob.

545—560. Versus in edd. vett. sic divisi, *φέρ' ὅπως ἄχαρις* | *χάρις* | *τίς* — | *ὀλιγοδρανίην* — | *τὸ φωτῶν* — | *οὔποτε*— | *παρεξίασι βουλαί·* | *ἔμαθον*— | *προσιδοῦσ'*— | *τὸ διαμφίδιον*— | *τόδ'*— | *σὸν ὑμεναίουν*— | *ἤγαγες*— | *πιθὼν*—.

545. *ἄχαρις χάρις* codd. plerique et Turn. *χάρις ἄχαρις* M. aliique nonnulli et Ald. Rob. Steph. Constructio est, *φέρ' εἰπὲ, ὅπως ἄχαρις χάρις*. *χάριν ἄχαριν* beneficium vocat pro quo damnum reportatur.

546. *εἰπὲ, ποῦ τίς ἀλκά*] *εἰπέ που τίς* vulgo. *εἰπὲ ποῦ τις* M. recte, nisi quod interrogativum *τίς* præferendum.

547. *τίς*] *τίς δ'* Rob.

548. *ὀλιγοδρανίαν* A.B.M. aliique. Vulgo *ὀλιγοδρανίην*.

549. *ἰσόνειρον*] Notandum syllabam primam produci. Quam mensuram non solum in adjectivo *ἰσόθεος* epicorum exemplo

admisit Æschylus, sed etiam in *ἰσόμοιρος* Choeph. 319. *σκότῳ φάος ἰσόμοιρον*, et in simplici *ἶσος* fragm. 200. *εἴ μοι γένοιτο φᾶρος ἶσον οὐρανῷ*. "*ἰσόνειρον Somnio similem*, metaphora sæpius a Græcis ad exprimendam imbecillitatem adhibita. Sic Pindarus *σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι* Pyth. 8. 135. Et Aristophanes a Morello laudatus Av. 688.

ὀλιγοδρανέες, πλάσματα πηλοῦ, σκιοειδέα φῦλ' ἀμενηνὰ,
ἀπτῆνες ἐφημέριοι, ταλαοὶ βροτοὶ, εἰκελόνειροι."

SCH. Stanleius apposite citat Eurip. Phœniss. 1736. *ὥστ' ὄνειρον ἰσχὺν ἔχων*. Adjice nostri Agam. 81. *παιδὸς δ' οὐδὲν ἀρείων, Ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει*. BLOMF.

550. *ἀλαὸν* * * *] Delenda lacunæ signa ab Brunckio illata. Nam Æschylus scripserat *ἀλαὸν γένος ἐμπεποδισμένον; οὔποτε θνατῶν | τὰν Διὸς ἁρμονίαν ἀνδρῶν παρεξίασι βουλαί*. Quæ scriptura interpolata ab librariis est exquisitiore verborum collocatione offensis. Apte autem *ἀνδρῶν* addidit poeta, quoniam *βουλαὶ* etsi non propriæ virorum sunt, tamen viris *κατ' ἐξοχὴν* tribui solent.

551. *τὰν*] *τὴν* Ald. Rob.

θνατῶν] *θνητῶν* Ald. Rob. et aliquot codd.

παρεξίασι] Hesiod. Theogon. 612.

Ὡς οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον, οὐδὲ παρελθεῖν.

Noster in Supplic. 1049.

Διὸς οὐ παραβατά [παρβατός] ἐστιν μεγάλα φρὴν ἀπέρατος.

Homer. Odyss. E, 103.

Ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἔστι Διὸς νόον αἰγιόχοιο
οὔτε παρὲξ ἐλθεῖν ἄλλον θεόν, οὔθ' ἁλιῶσαι.

STANL. Adjice Iliad. A, 132. *ἐπεὶ οὐ παρελεύσεαι, οὐδέ με πείσεις*. BLOMF.

555. *διαμφίδιον*] Hesych. *Διαμφίδιον μέλος· ἀλλοῖον, διαπαντὸς κεχωρισμένον· ἀμφὶς γὰρ χωρίς. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ.* Schol. A. *τότε γὰρ γαμοῦντί σοι τὸν ὑμέναιον ᾔδομεν, νῦν δὲ δυστυχοῦντί σοι θρῆνον*. BLOMF.

556. *ἐκεῖνό θ' ὅτ'* Brunckius. *ἐκεῖνό θ' ὅ, τ'* Steph. et pars codicum. *ἐκεῖνο τ' ὅτ'* Turn. *ἐκείνῳ τε ὅ, τ'* Ald. quod corruptum ex *ἐκεῖνό τε ὅ, τ'*, quæ aliquot codicum scriptura est. *ἐκεῖνό γε ὅτ'* Rob. *ἐκεῖν' ὅτε τότ'* M.

λουτρά] Schol. ad Eurip. Phœniss. 349. *Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, ὅτε ἔγημέ τις, ἐπὶ τοῖς ἐγχωρίοις ποταμοῖς ἀπολούεσθαι.* BLOMF. *λοετρὰ* pars codicum et Ald. *λοετρά τε* Turn. Steph.

557. *ὑμεναίουν*] *Ὑμεναιόω*, *Hymenæum canto.* Photius. *Ὑμεναιοῦν, τὸ ᾄδειν τὸν ὑμέναιον, καὶ συνάπτειν τὸν γάμον.* Nescio an alibi reperiatur, nisi apud Aristoph. Pac. 1076. *πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ.* ubi Schol. *εἰς γάμους ἄγοιτο.* et ibid. 1112. BLOMF.

558. *ἰότατι* ex A.M. aliisque nonnullis repositum. Vulgo *ἰότητι.* "*Ἰότης.* *Lætitia.* Vox Homerica, apud recentiores, ante poetas scholasticos, parum usitata." BLOMF.

Ὁμοπάτριον] *Nostram sororem.* uti recte interpretatur Schol. B. BLOMF. Verba *ὅτε τὰν ὁμοπάτριον* post *Ἡσιόναν* habent Ald. Rob. Turn. Correctum in Steph. consentientibus codicibus.

560. *ἄγαγες* A.B.M. aliique et Rob. *ἤγαγες* Ald. Turn.

Ἡσιόναν] *Ἡσιόνην* M. Steph.

πιθὼν] *πεΐθὼν* M.

562. *χαλινοῖς*] *χαλινοῖσιν* M. Ald. Rob. Alii nonnulli *χαλινοῖσι.*

πετρίνοισιν] *πετρίνοισι* M. aliique cum Ald. Rob. Turn. Steph. In codd. quibusdam additum *ὀρείοις*, in aliis *τοῖς ὀρείοις*, quod habent Ald. Rob. *τοῖσιν ὀρείοις* corrector metricus posuit in Turn.: de quo recte Steph. "Sed nec in Victorii libro habetur *τοῖσιν ὀρείοις*, et explicationem fuisse *τοῦ πετρίνοισι*, quæ ex margine in contextum irrepserit, ex scholiaste cognoscis."

563. *χειμαζόμενον—ὅπῃ*] Hæc vulgo in duo dimetros divisa.

ἀμπλακίης] Scribendum *ἀμπλακίας* ex A.B.

ποιναῖς Rob. Steph. et pars codicum. Pauci *ποινᾶς* ut Turn.: plures *ποινὰς*, quod est in M. et Ald., unus *ποινῆς.* "*γρ. ποινὰς ὀλέκῃ.* Quod durum mihi videtur: quare vel retinendam lectionem nostram censeo, vel pro *ποινὰς ὀλέκῃ* ex conjectura legerim *ποινά σ' ὀλέκει.* Quanquam antea v. 112. plurali numero usus est hoc nomine, *τοιάσδε ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνω.*" STEPH. Non probanda hæc Stephani conjectura, quam *ποινά* in *ποινή* mutato recepit Blomfieldus.

ὀλέκει E. Vulgo *ὀλέκῃ.*

564. *ὅπῃ*] Scribendum *ὅποι* ex M. et Guelf.

566. ἆ ἆ] Vulgo ἇ ἄ.

ἔα ἔα] ἒ ἒ M. Similiter præter alios unus de Parisinis, in quo adscriptum *γρ. ἔα. ἔα.* Eædem exclamationes ἆ ἆ ἔα ἔα conjunguntur v. 114. ubi liber Mediceus in vulgatam scripturam consentire videtur. Ego ἔα ἔα vel ἒ ἒ utrobique ab librariis adscriptum judico ad explicandam formam verbi ἔα monosyllabam ἆ, de qua conferantur annotationes meæ ad Soph. Œd. T. 1513. Aristoph. Thesm. 64. 176.

567. *τὰν*] Articulus ex tribus codd. additus, quorum unus *τὰν*, duo *τήν*.

οἶστρος] *οἴστροις* M. *ος* ab alia manu adscripto.

568. *ἄλευ' ὦ δᾶ*, edd. primæ, quibuscum consentiunt plerique codd. et schol. A. et B. MSS. nonnulli, teste Turnebo, *ἄλευ'*, ἆ *δᾶ*. atque ita N. quod probat Valcken. ad Phœniss. 1304. et defendere videtur Etym. M. p. 60, 8. *Ἀλευάδα, εἴρηται ὡς τὸ Φεύδα. οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν δᾶν λέγουσι*, ubi Arnaldus Animadv. p. 181. corrigit *ἀλευέδα*; male: male etiam cum Etymologo scribit una voce *φεύδα*: divisim enim scribendum *φεῦ, δᾶ*. Aristoph. Lysistr. 198. *φεῦ, δᾶ, τὸν ὅρκον*. Dedi ex Monkii sententia, *ἄλευε, δᾶ*. BLOMF. Alii quidam codd. *ἀλευάδα*. Quorum omnium nihil verum esse metri forma ostendit, quæ senarium catalecticum postulat. Quamobrem *ἄλευ δᾶ* correxi, restituta apocope, quacum comparetur *παῦ* pro *παῦε* dictum, de quo exposui ad Aristoph. Equit. 821. Deinde post *δᾶ* legebatur *φοβοῦμαι*. Recte libri Vindobonenses duo ex conjectura quidam, ut videtur, correctoris metrici, sed ea verissima, omittunt veteris istud scholiastæ *φοβοῦμαι*, quo hodie non indigemus ad expediendam verborum constructionem, cujus exempla si quis desiderat, Matthiæ annotationem adeat ad Hecubam Euripidis v. 950.

569. *τὸν μυριωπὸν—βούταν*] Nicephorus in Synes. de insomn. p. 402. *Βούταν δὲ καλεῖ τὸν πανόπτην Ἄργον ὁ τραγικὸς Αἰσχύλος, ἤως βούκολον, ὡς ἐπιστατοῦντα καὶ ἑπόμενον τῇ Ἰοῖ τῇ θυγατρὶ τοῦ Ἰνάχου· φέρει γὰρ αὐτὴν λέγουσαν οὑτωσί· φοβοῦμαι τὸν μυριωπὸν εἰσορῶσα βούταν.* Cæterum mille ei oculos tribuit Æschylus, Ovidius non nisi centum, Metam. 1, 625.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.

Ita et Claudianus de laud. Stilich. 1, 312.

Argum fama refert centeno lumine cinctum
Corporis excubiis unam servasse juvencam. STANL.

570. *δόλιον*] *δολερὸν* duo codd.

572—584. Versus in edd. vett. sic divisi *ἀλλά—* | *κυνηγετεῖ—* | *παραλίαν—* | *ὀττοβεῖ—* | *ἰὼ ἰὼ—* | *πῆ μ'—* | *τί ποτέ μ' ὦ—* | *τί ποτε ταῖσδ'—* | *ἁμαρτοῦσαν—* | *οἰστρηλάτῳ—* | *παράκοπον—* | *πυρὶ—* | *ποντίοις—* | *φθονήσῃς—ἄναξ.*

572. *κυνηγετεῖ*] Recte Brunckius Doricam formam restituit *κυναγετεῖ*. Versus ex dochmio et dipodia iambica compositus.

573. Metrum hujus versus est

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ ⏑ ⏑ –́, ⏑ –́ – ⏑̄ –.

ψάμμον] Scribendum *ψάμμαν* ex M, in quo *ψάμμᾶν*. Qua forma utitur Aristoph. Lys. 1261. *ἦν γὰρ τὤνδρες οὐκ ἐλάσσως τᾶς ψάμμας.*

574. In editione Oxoniensi omissa antistrophicæ responsionis notatio 574—588=593—608.

ὑπὸ δὲ—νόμον] *cera vero compacta sonora fistula submurmurat carmen soporiferum.* Nempe ut Argus pastorum ritu, Inachi filiam, dum vivebat custodiens, fistula canebat, sic Io furore acta etiamnum ejus cantum audire videbatur. *ὑπνοδόταν νόμον* vel ornandæ tantum imaginis causa adjectum est, vel, quod melius placet, ad miserationem commovendam. Quum enim Io molesto lassitudinis sensu premebatur, tum hoc accedebat ad ejus miseriam, quod fistulæ cantus somnum invitaret, quo tamen ob perpetuam Argi fugam frui non licebat. *ὑπὸ— ὀττοβεῖ* per tmesin pro *ὑποττοβεῖ*. *Κηρόπλαστος δόναξ* est *σύριγξ* seu fistula *disparibus*, ut ait Ovidius (Metamorph. 1, 712.), *calamis compagine ceræ inter se junctis.* SCH.

ὀτοβεῖ M. Vulgo *ὀττοβεῖ.*

575. *νόμον*] Syllaba ultima ante exclamationem producta.

ἰὼ ἰώ, πόποι, | *ποῖ, πόποι, ποῖ* Seidlerus de vers. dochm. p. 84. et 141. pariterque Elmsleius, nisi quod versu altero *ὦ πόποι, πᾷ* scripsit. *ἰὼ ἰώ, ποῖ ποῖ, πῶ πῶ πῶ, πῆ* vulgo. Ad priora illa *ἰὼ ἰώ*, *ποῖ ποῖ*, nulla e libris annotata scripturæ discrepantia est nisi quod codex Turnebi *ἰὼ ἰὼ πὸ ποῖ πὸ ποῖ*, quod ad proxima potius *πῶ πῶ πῶ πῆ* referendum videtur, pro quibus M. *'πὸπόι 'πόπὸι πῆ*, quod in quattuor aliis *πόποι πόποι πῆ* scriptum. Tres alii *πῶ ποῖ πῶ ποῖ*, totidem *πῶ πῶ ποῖ.*

576. *τηλέπλανοι* Elmsleius. Legebatur *τηλέπλαγκτοι.*

πλάναι A.B. aliique multi. *πλάνοι* (superscr. *αι*) M. Vulgo *πλάνοι.*

577. *τί*] *τίς* Ald. Rob.

ποτε om. M. aliique nonnulli.

578. *τί ποτε* semel scriptum in M. aliisque: vulgo bis.

579. *πημοναῖσιν*] *πημοναῖς* Blomfieldus. Scribendum *πημοσύναις* cum Hermanno Opusc. vol. 4. p. 334. numeri autem sic distinguendi ut post versum creticum *παῖ, τί ποτε ταῖσδ' ἐνέζευξας εὑρὼν ἁμαρτοῦσαν ἐν*, dochmius sequatur *πημοσύναις, ἓ ἕ*, pariterque in antistropho, quemadmodum præcedit dochmius *τί ποτέ μ', ὦ Κρόνιε*. Substantivo *πημοσύναις* utitur Æschylus v. 1058.

580. *ἓ ἕ*] *αἶ αἶ* codex unus.

οἰστρηλάτῳ δὲ δείματι δειλαίαν] Versus ex penthemimere iambico et dochmio compositus.

582. *με* addidit Elmsleius. Verba *πυρί—βοράν* in unum versum conjungenda pariterque in antistropho.

583. *ποντίοις*] *ποντίοισι* A.B. aliique pauci.

585. *ἄδην* Brunckius. Libri *ἄδδην*.

πολύπλανοι] *πολύπλαγκτοι* Rob. Steph. et aliquot codd.

πλάναι γεγυμνάκασιν] Eurip. Hel. 533. *ἐκεῖσε κἀκεῖσ' οὐδ' ἀγύμναστον πλάνοις ἥξειν*.

586. *ὅπῃ*] *ὅπᾳ* Schuetzius.

588. *φθέγμα* Vindob. duo et Rob. *προς φθέγμα* M. *προσφθέγματα* Ald. Turn. Aliorum librorum vitia sunt *φθέγματα, φθέγματι, φθέγματος, προσφθέγματος*. Versum hunc choro vulgo tributum suæ personæ restituit Elmsleius.

τᾶς] *τᾶσδε* codd. aliquot.

590. *Ἰναχείης*] Sic apud Stephanum quoque Byzantinum scriptum s. v. *Ἰναχία*. Nihilominus *Ἰναχείας* corrigendum ex M. et Vindob. duobus. Eodem redit quod in quinque aliis codd. scriptum est *Ἰναχίας*. Terminationis Ionicæ ab librariis temere illatæ exempla attulimus ad v. 201.

592. *γυμνάζεται*] *βιάζεται* aliquot codd.

595. *ἐτήτυμα* ex quattuor non optimæ notæ codicibus repositum. Vulgo *ἔτυμα*.

596—608. Versus vulgo sic divisi *θεόσσυτον*— | *ἆ*— | *κέντροισι* — | *σκιρτημάτων* — | *λαβρ.* — | *ἐπικότοισι* — | *δυσδαιμόνων* — | *ἀλλά* — | *ὅ τι* — | *τί μὴ χρὴ* — | *δεῖξον* — | *φράζε*— *παρθένῳ*.

596. *θεόσυτον* Morellus. *θεόσσυτον* libri.

τε] *δὲ* Steph.

599. *κέντροισι*] *κέντροις* Vindob. duo.

φοιταλέοισιν] Scribendum φοιταλέοις cum Hermanno, versus autem sic dividendi:

ὠνόμασας, ἃ μαραίνει με χρίουσα κέντροις * *
φοιταλέοις, ἒ ἔ.

Post κέντροις exciderunt syllabæ duæ, fortasse ἀεί.

600. νήστισιν] νήστισιν M. νήστησιν aliquot codd. et varia lectio ap. scholiastam. Νήστιδες δύαι Agam. v. 1621. comparavit Blomfieldus.

601. λαβρόσυτος Elmsleius. λαβρόσσυτος libri.

Ἥρας ex scholiasta additum, monitu Hermanni.

602. ἐπικότοισι—ἒ ἔ] Hæc verba in unum versum conjungenda.

606. τί μῆχαρ Elmsleius. Legebatur τί μὴ χρή. Pauci codd. τί με χρὴ vel τί μοι χρὴ, unus τί μὴ χρὴ, cum var. lect. τί μοι οὐ χρή.

ἤ addidit Reisigius.

608. φράζε τᾷ] φράζετε M. φράζε τε duo codd. et Rob., nonnulli φράζε τε τᾷ. φράζε δὲ Ald. Libri plerique φράζε τᾷ, ut Turn.

609. τορῶς] σαφῶς codex unus.

ὅπερ] Legebatur ὅ τι. Correctum ex Etym. M. p. 762, 29. et Gudiano p. 532.

614. τλῆμον] τλήμων E.

δίκην] χάριν duo codd. δίκης Christ. Pat. 700.

615. ἁρμοῖ] *Modo, nuper.* ἀρτίως. Hesych. Erotian. Ἁρμῷ. ἡσυχῇ, μικρῶς. ὡς καὶ Φερεκράτης ἐν Μεταλλοῦσιν. Syracusanam esse vocem ex Heraclide tradit Eustath. ad Il. A. p. 140, 13. quicum sentit Valcken. in Epist. ad Rover. p. 49. quia ejusdem analogiæ est, cujus sunt dictiones Syracusanæ, certe Doricæ, ἐνδοῖ, ἐξοῖ, πεδοῖ. ἁρμοῖ an ἀρμοῖ scribendum sit, inter grammaticos non convenit; sed plerumque δασύνεται, teste schol. Venet. ad Il. A. 486. Ceterum conferas Sophocl. Ajac. 799. ἀρτίως πεπαυμένην Πόνων ἀτρύτων. BLOMF. ὦ μοι aliquot codd.

616. τήνδε] τάνδε Vindob. unus et Ald. Rob.

617. αἰτεῖ] αἰτῇ vulgo. αἰτεῖ M. αἰτεῖς Vindob. unus.

πᾶν γὰρ ἂν πύθοιο adscriptum in B. πᾶν γὰρ οὖν πύθοιο M. et varia lectio ap. Stephanum. πάντα γὰρ πύθοιο A.B. aliique cum Ald. Rob. πᾶν γὰρ ἐκπύθοιο Turn.

μου] μοι Ald. Rob. et aliquot codd.

618. ὤχμασε] ὤχμασεν M.

619. βούλευμα] βούλημα Rob.

δῖον] Scribendum litera majuscula Δῖον.

625. μήτοι] μήτι codd. aliquot et Rob. cum Thoma M. s. v. μέλλω. μήτοι schol. Eurip. Hec. 570.

626. σοι om. Ald. Pro eo τοῦ est in M. aliisque et Rob.

627. οὐ in aliquot codd. omissum, in M. superscriptum. Similiter peccatum ap. Soph. Aj. 540. τί δῆτα μέλλει μὴ οὐ παρουσίαν ἔχειν; ubi οὐ omittit codex Florentinus Γ.

628. θρᾶξαι] Scribebatur θράξαι. Correctum a Buttmanno Lexil. vol. 1. p. 212.

629. μᾶσσον ὡς] μᾶσσον ἢ ὡς codd. Vindob. duo et varia lectio apud Turnebum. μασσόνως ἢ 'μοὶ Elmsleius. Recte habet scriptura vulgata. Sic Lysias p. 109. (272. Reisk.) ἡγούμενος μᾶλλον λέγεσθαι ὥς μοι προσῆκε· p. 111. (285. Reisk.) ἐγὼ γὰρ τὰ ἐμοὶ προστεταγμένα ἅπαντα προθυμότερον πεποίηκα ὡς ὑπὸ τῆς πόλεως ἠναγκαζόμην. Attigit hunc usum loquendi Nitzschius ad Platonis Ion. p. 76. In altero loco Lysiæ ὧν scribendum videbatur Reiskio: qua constructione duobus in locis utitur Isocrates, p. 267. Steph. τοῖς χεῖρον γεγονόσιν ὧν οἱ νόμοι προστάττουσιν. et de antid. p. 456. ed. Bekk. τὰς δ' ἄλλας λειτουργίας πολυτελέστερον λελειτουργήκατε καὶ κάλλιον ὧν οἱ νόμοι προστάττουσιν. unde fortasse erunt qui Æschylo quoque ὧν restituere volent.

630. προθυμεῖ] προθυμῇ libri.

636. ἄλλως τε—πατρὸς] Inachus Ius pater, sicut omnino flumina reliqua, Oceani et Tethyos filius erat. Cf. Hesiod. Theog. v. 336 sqq. SCH.

637. ὡς τἀποκλαῦσαι] Librorum quorundam vitia sunt ὥστ' ἀποκλαῦσαι, ὡς κἀποκλαῦσαι, et, quod in Ald. Rob. Steph. legitur, ὡς ἀποκλαῦσαι. Veram scripturam primus restituit Turnebus.

κἀποδύρασθαι M. aliique. Vulgo κἀποδύρεσθαι.

638. ὅπη] ὅποι M. aliique nonnulli et Rob.

μέλλει] μέλλοι C.M. et Cantabr. primus. Quod recipiendum.

642. ὀδύρομαι] Codices aliquot et margo M. αἰσχύνομαι, quam lectionem, ab scholiasta quoque memoratam, verissimam esse facile sentiet qui proximam Ius narrationem considerare volet, in qua plura sunt quæ non sine pudoris quadam signifi-

catione ab virgine memorari potuerint. ὀδύρομαι antiqui errore librarii illatum est, cui τἀποκλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας ex v. 637. obversaretur.

645. ἀεὶ] αἰεὶ M. et Cantabr. primus.

πολεύμεναι] Hoc corruptum ex πωλεύμεναι, quod servarunt C. et, qui πωλεύμεναι præbet, M. Id autem librarii, Homerici memores πωλεύμην, posuerunt pro forma Attica πολούμεναι, quæ Æschylo restituenda ex D.

646. ἐς] εἰς E.

647. εὔδαιμον] Scribebatur εὐδαίμων. Correctum ex M. qui εὐδαίμων. εὐδαῖμον pravo accentu Rob.

648. παρθενεύει] παρθενεύῃ libri, nisi quod Vindob. duo παρθενεύεις.

650. ξυναίρεσθαι B. Vulgo συναίρεσθαι.

651. μὴ 'πολακτίσῃς] Restituenda crasis μἀπολακτίσῃς.

652. βαθὺν λειμῶνα] *Fertilem.* Male Schutzius *pratum in valle depressiore:* et in Theb. 593. βαθεῖαν ἄλοκα, ut opinor, non est *profundum sulcum,* sed *fertilem,* licet aliter intellexerint Auctor Rhesi 796. Timæus p. 58. et Suidas in voce. Theb. 307. τὰν βαθύχθον' αἶαν. quod recte schol. A. explicat per εὔγειον. Eurip. Phœn. 657. γύας βαθυσπόρους. Androm. 635. βαθεῖαν γῆν. cui opponitur τὸ λεπτογέων, Thucyd. I. 2. Hippol. 1138. βαθεῖαν ἀνὰ χλόαν. Homer. Il. I, 147. βαθὺ λήϊον. Herodot. V. 92. τοῦ ληΐου τὸ κάλλιστόν τε καὶ βαθύτατον. I. 151. Ἄνθειαν βαθύλειμον. Eustath. p. 743, 29. Τὸ δὲ βαθύλειμον δηλοῖ μὲν τὸ πολύχορτον, κἀντεῦθεν τὸ πῖον τῆς γῆς. Pindar. Pyth. 10. 20. βαθυλείμωνα πέτραν. Nem. 3, 30. βαθυπεδίῳ Νεμέᾳ. Etymol. M. p. 191, 8. Ἐπίχαρμος βάσσον χωρίον, ἀντὶ τοῦ βαθύτερον, εὔγειον. Plura congessit V.D. in Menstrua Censura (*Monthly Rev.*) vol. 52. Append. Cf. Misc. Observ. 6. p. 79. BLOMF.

654. δῖον] Scribendum litera majuscula Δῖον.

ὄμμα λωφήσῃ πόθου] *ut Jovis oculus desiderium deponat,* h. e. ut ei satisfiat. *Oculi enim sunt in amore duces.* Inde Hesychio: ὀμματίας [ὀμμάτειος] πόθος, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὁρᾶν ἁλίσκεσθαι ἔρωτι· ἐκ τοῦ γὰρ ἐσορᾶν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν. Amoris etiam sedes. *Crescit enim assidue spectando cura puellæ.* Propert. 3, 21. STANL. Comparavit etiam Giacomellus Sophocl. Trach. 557. Eurip. Hipp. 527. et Æschyl. Suppl. 1010. Orationem, quæ hic speciei per quietem nocturnam

oblatæ tribuitur, Ovidius ipsi Jovi assignavit Metam. 1, 589. seqq.

Viderat, a patrio redeuntem Jupiter Io
Fulmine, et, O virgo Jove digna tuoque beatum
Nescio quem factura toro, pete, dixerat, umbras
Altorum nemorum, (et nemorum monstraverat umbras)
Dum calet, et medio sol est altissimus orbe.
Quod si sola times latebras intrare ferarum
Præside tuta deo nemorum secreta subibis,
Nec de plebe deo, sed qui cælestia magna
Sceptra manu teneo, sed qui vaga fulmina mitto.
Ne fuge me. — — — SCH.

657. νυκτίφοιτ'] Scribendum νυκτίφαντ' ex M. Rob. Hoc adjectivo utitur Euripides Hel. 570. οὐ νυκτίφαντον πρόπολον Ἐνοδίας μ' ὁρᾷς. νυκτίφοιτος ex Synesii hymno 2, 3, p. 316. indicavit Lobeckius ad Phrynich. p. 686.

658. Δωδώνης] Δωδώνην Turn. Melior est altera scriptura. Ita Eurip. Electr. 1343. στεῖχ' ἐπ' Ἀθηνῶν.

πυκνοὺς] συχνοὺς Ar. et MSS. Thomæ M. s. v. θεοπρόπους.

659. ἴαλλεν] ἴαλεν Guelf. Ald. Rob. et Thom. M.

μάθοι Turn. et pars codicum. μάθῃ A.B. aliique cum Ald. Rob.

660. πράσσειν M. et superscriptum in B. Vulgo πράττειν.

φίλα] φίλον aliquot codd. φίλῶς M. (α superscr.)

662. ἀσήμους M. aliique. Vulgo ἀσήμως.

663. βάξις ἦλθεν] ἦλθε βάξις aliquot codd.

666. Heliodor. Æthiop. 6. versus fin. Καὶ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, ἐρωμένου τινὸς ἐπὶ γῆν ἕνεκεν ἀλωμένου. ᾧ μετὰ μυρίους μὲν μόχθους, μυρίους δὲ κινδύνους, γῆς ἐπ' ἐσχάτοις ὅροις, τύχᾳ λαμπρᾷ καὶ βασιλικῇ συμβιώσεται. ubi plane hunc versum respicit. Euripid. Med. 540. γῆς ἐπ' ἐσχάτοις Ὅροισιν ᾤκεις. BLOMF.

667. θέλοι] Libri aliquot θέλῃ vel θέλει.

πυρωπὸν] πυρωτὸν M.

668. ἐξαϊστώσοι Blomfieldus. Legebatur ἐξαϊστώσει.

γένος] μένος M.

670. κἀπέκλεισε] Scribendum κἀπέκλῃσε.

674. κεράστις] Scribendum κεραστὶς, quem accentum præcipit Arcadius p. 35, 19.

676. Κερχνείας] Κεγχρείας A.B.E. Vindob. quattuor aliique nonnulli et Ald. Rob.

677. ἄκρην τε] ἄκραν τε A. ἄκρηντε, adscripto γρ. ἄκρον, B. ἄκριν τε F. ἄκρον τε Lips. Ald. Rob. ἄκρην, quod etiam ex M. annotatum, ex ἀκτὴν corruptum esse conjecit Spanhemius ad Callim. h. in Pallad. v. 46. unde Blomfieldus ἀκτήν τε Λέρνης. Lenius Canterus Λέρνης τε κρήνην corrigendum censebat, collata annotatione scholiastæ, πρός τε τὸν ῥοῦν τῆς Κέγχρης, ἥτις κρήνη ἐστὶν Ἄργους, καὶ πρὸς τὴν Λέρνην τὴν πηγήν. De quo fonte v. Unger. in Thebanis Paradoxis vol. 1. p. 191.

678. ἄκρατος ὀργὴν dicitur Argus, quia nimis morosus erat observator. Etenim, ut ait Ovidius:

> *Constiterat quocunque modo, spectabat ad Io,*
> *Ante oculos Io, quamvis aversus, habebat.*

Luculentius vero asperitatem Argi describit Valerius Flaccus Argon. 4, 351. seqq. SCH.

679. κατὰ στίβους] καταστίβους M. aliique.

680. ἀφνίδιος] Legebatur αἰφνίδιος. Emendavit Elmsleius collata glossa Hesychii, ἀφνιδία: αἰφνιδίως, ἄφνω.

681. οἰστρόπληξ] Scribendum οἰστροπλήξ. "Hujusmodi composita a πλήσσω oxytona sunt, excepto ὕσπληξ. Eustath. ad Il. Z. p. 629, 51. Cf. Hemsterh. ad Thom. M. v. Ἀκανθοπλήξ. Bast. Epist. Crit. p. 213. Sophocl. Electr. 5. Τῆς οἰστροπλῆγος ἄλσος Ἰνάχου κόρης." BLOMF.

682. γῆν πρὸ γῆς] *De terra in terram.* Aristoph. Acharn. 235. Καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς ἕως ἂν εὑρεθῇ ποτε. Lucian. Alexandro 2. p. 252. Ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι ὡς ἀσεβῆ. quod comparavit Dorvill. ad Chariton. p. 147. Cicer. ad Attic. 14, 10. *Itaque γῆν πρὸ γῆς cogito.* Auctor nescio quis apud Suid. v. Διαξαίνειν. Ἀλλ' εἴασεν αὐτὸν γῆν πρὸ γῆς ἀπιέναι. et in v. Ἴτω. Ἀλλ' ἴτω, χαιρέτω, γῆν πρὸ γῆς, ὅποι βούλοιτο. Idem in v. Πρὸ γῆς. Ἐγὼ δὲ φεύγω γῆν πρὸ γῆς, φοβούμενος τὸν ἄγριον δεσπότην, ᾧ μᾶλλον ἵππων ἢ ἀνθρώπων μέλει. Prima pars senarius est; num alius lateat in sequentibus dubito. Abreschius adjicit Aristid. 2. p. 320. Alciphron 2. 2. Subauditur vero ἐς ut in ὄζον ἀπ' ὄζου Theocrit. Adoniaz. 122. BLOMF. Paucorum librorum vitia sunt γῆν πρὸς γῆν, vel γῆν πρὸς γῆς, quod est in M., vel γῆν ἐκ γῆς, quod habet Rob.

683. ὅ τι] ἔτι Rob. et MSS. quidam, inter quos M. Hom. Od. Γ. 96. Μηδέ τι μ' αἰδόμενος μειλίσσεο, μηδ' ἐλεαίρων, Ἀλλ' εὖ μοι κατάλεξον. BLOMF.

684. πόνων] πόνον M. aliique nonnulli. πόνου Rob.

μηδέ μ'] μηδ' ἐμ' M.

687. ἔα ἔα, ἄπεχε φεῦ] Dipodia iambica cum pæone quarto.

688. οὔποτ' οὔποτ'] οὐπώποτ' οὐπώποτ' Ald. Turn. et codd. nonnulli.

ηὔχουν] ηὐχόμην Rob. et codex Oxon. Stanleii.

690. ἐς] Scribendum εἰς et versus sic dividendi

οὔποτ' οὔποτ' ηὔχουν ξένους
μολεῖσθαι λόγους εἰς ἀκοὰν ἐμάν.

690—693. Versus in edd. vett. sic divisi ἐς— | καὶ δύσοιστα— | κέντρῳ—ἐμάν.

691. καὶ om. M.

692. 693. πήματα, λύματα, δείματ' ἀμφήκει | κέντρῳ ψύχειν ψυχὰν ἐμάν] Versus inepte compositi, quibus vera metri forma sic est restituenda,

πήματα, λύματα, δείματ' ἐμὰν
ἀμφάκει κέντρῳ ψύχειν ψυχάν.

Prior versus dactylicus est, alter ex tribus constat molossis, quod exemplum addatur annotationi meæ ad Soph. Œd. Col. 1560.

692. ἀμφήκει] Quum Sophocli Electr. 485. Dorica forma ἀμφάκης ex Hesychio sit restituta pro vulgari ἀμφήκης, apud Æschylum quoque ἀμφάκει scribendum esse probabile est, hoc præsertim in genere metri.

693. ψύχειν] Præstat ψύξειν. Post ψυχάν et post μοῖρα μοῖρα colis est distinguendum. Alterum μοῖρα om. Rob.

695. πέφρικ'] Laborat metrum. Scribendum πέφρικα δ'.

εἰσιδοῦσα] ἐσιδοῦσα aliquot codd.

696. πρό] πρῶ (ο supra) M.

698. τοι A.B.M. aliique. τι vulgo. γὰρ N.

700. χρείαν] χρείαν τ' M. aliique nonnulli.

ἠνύσασθ'] Scribendum ἠνύσασθ' cum Blomfieldo.

703. ἀκούσαθ' codices plerique omnes et Turn. ἀκούσεθ' Viteb. ἀκούσασθ' Ald. Rob.

705. σὺ δ'] Scribendum σύ τ' ex A.B.M. aliisque. In οἵ τ' corruptum apud Stephanum Byz. s. v. Ἰναχία. "Eurip. Phœn. 467. Σύ τ' αὖ—Πολύνεικες. ibid. 898. Σύ τ', ὦ τάλαινα συγκατασκάπτει πόλις. Orest. 1635. σύ τ', ὦ φίλων μοι τῶν ἐμῶν

σαφέστατε. ibid. 1643. Noster Theb. 147. *Σύ τ', ὦ Λατογένεια κούρα.*" BLOMF.

706. Locutio Homerica est *θυμῷ βάλ'.* Od. A, 201. *ὡς ἐνὶ θυμῷ Ἀθάνατοι βάλλουσι.* Herodot. 7, 51. *ἐς θυμὸν ὦν βαλεῦ καὶ τὸ παλαιὸν ἔπος.* BLOMF.

βάλ'] *μάθ'* M. et adscripto *βάλ'* N. *βάλλ'* tres alii codd.

τέρματ'] *τέρμ'* duo codd.

707. *ἐνθένδ'*] *ἐνθάδ'* vel *ἐνθάδε* aliquot codd.

ἀντολὰς Steph. et pars codicum. Alii *ἀνατολὰς* cum Ald. Turn. *ἀατολὰς* Rob. " De Ius erroribus multa multi, ut solent, scripserunt, quorum non nostrum est lites componere; neque id fecisse operæ pretium fuerit: satis enim manifestum est Æschylum suam geographiam, suam mythologiam, easque parum accuratas, habuisse; recte autem dixisse Agatharchidem de Mar. Erythr. p. 14. ed. H. St. Photii Biblioth. p. 1313. *οὐδ' Αἰσχύλον ἐπιπλήττω, πολλοῖς διεψευσμένον, καὶ πολλὰ συγγράφοντα τῶν ἀσυγχωρήτων—οὐδὲ τοὺς ἄλλους εἰς ἐπιτίμησιν ἄγω, διασκευαῖς ἐν τοῖς δράμασι χρωμένους ἀδυνάτοις· ὅτι πᾶς ποιητὴς ψυχαγωγίας ἢ ἀληθείας ἐστὶ στοχαστής.* Quam parum autem in geographia vel Hecatæus Milesius profecisset, docet scholiasta Apollonii Rhod. 4. p. 259. Vid. Larcher. ad Herodot. vol. 2. p. 208." BLOMF.

In exponendis ad Æschyli descriptionem Ius erroribus præcipue elaborarunt Pauwius, Heathius, et anonymus tragœdiarum Æschyli interpres Gallus (*Tragédies d'Eschyle*, à Paris. 1770. 8.), in appendice de Ius erroribus versioni subjecta p. 509 seqq. Sed nondum omnia recte expediverunt, ut operæ pretium facturus mihi videar, si telam ab aliis textam denuo retexam.

Ac primum quidem cum omnibus nobis convenit, secundum Æschyli opinionem Io patria urbe exsulem, primum ad vicum Cenchreæ et colles Lernæ imminentes (v. 676. 677.) pervenisse, deinde per Molossorum regionem ad Dodonam profectam esse (829. sq.) Hæc enim ita claris verbis testatur poeta, ut ambiguitas inesse non possit.

Cum vero his verbis:

Ἐντεῦθεν οἰστρήσασα τὴν παρακτίαν
Κέλευθον ᾖξας πρὸς μέγαν κόλπον Ῥέας

Io littus legisse et ad magnum Rheæ sinum pervenisse dicitur, in hac parte itineris definienda dissentiunt interpretes. Pauwius

enim putabat, Æschylum de trajectione maris Ionici locutum esse; ideoque sequentem versum

ἀφ' οὗ γ' ἀλιπλάγκτοισι χειμάζῃ δρόμοις

sic refingebat:

ἐφ' οὗ γ' ἀλιπλάγκτοισι χειμάζῃ δρόμοις.

In quo, quantum video, Inachi filiam in mare Ionium desiliisse, indeque per Siculum in Ægeum mare tranasse putabat, donec tandem alicubi appelleret, at terrestri itinere ad Prometheum perveniret. Et huic quidem Pauwii commento Heathius calculum adjicere nullus dubitavit, nisi quod unum tantum sibi scrupulum restare fatetur. Post mare nimirum Ionium trajectum longissimum adhuc Ioi terrestre iter conficiendum fuisse, priusquam ad Prometheum accedere potuisset; et si de maris trajectione locutus esset poeta, eum non χειμάζῃ, sed ἐχειμάσθης scripturum fuisse. Enim vero tota hæc Pauwii ratio facile convincitur. Quid enim eum movere poterat, ut crederet Æschylum erranti virgini non terrestre solum iter, sed etiam cursum maritimum tribuisse, antequam ad Prometheum veniret? Scilicet nihil aliud hominem fefellit, quam quod alii scriptores mare Ionium ab Ius trajectione nominatum esse perhibeant. At enim vero nihil hoc ad Æschylum pertinet. Ferendum enim non est, diversas diversorum poetarum fabulas inter se commisceri, et quæ recentiores forte adjecerint, aut mutaverint, ea vetustioribus quoque poetis, quamvis invitis, obtrudi. Hoc igitur positum nobis sit inprimis, *trajecti* ab Inachi filia maris in his Æschyli verbis nullum plane vestigium esse. Nihil aliud enim significatur, quam eam terrestri cursu maris oram τὴν παρακτίαν legisse, deinde ad sinum Rheæ pervenisse. Neque vero Apollodorus ab hac locorum notatione discedit. Is enim Inachida, postquam œstro a Junone concitata esset, εἰς τὸν ἀπ' ἐκείνης Ἰόνιον κόλπον κληθέντα venisse narrat. Verba εἰς τὸν κόλπον haud aliter accipio, ac Æschyli illa πρὸς μέγαν κόλπον Ῥέας. Neutra harum phrasium significat Io in ipsum maris sinum se dejecisse, sed tantum USQUE AD eum penetrasse. Verum hic nova oritur quæstio, quinam sit ille sinus, quem Æschylus κόλπον Ῥέας nominet. Francogallus interpres intelligi voluit sinum Ambracium (*maintenant le golfe de l'Arta*) non multum a Molossorum regione remotum.

In quo tamen assentiri ei non possum. Strabo enim diserte Ambracium sinum ab Ionio distinguit, et hunc quidem suo tempore partem Adriatici maris fuisse testatur. Æschyli autem ætate mare Adriaticum universum Ionii appellatione insignitum fuisse statuimus, quod labente tempore tandem in parte ejus hæserit. Ideoque *μέγαν κόλπον* Ῥέας vel universum mare Ionium i. q. nunc Adriaticum, vel tantum intimum ejus recessum circa Venetos et Aquileiam significari crediderim. Quum igitur huc Io venisset, non ipsum mare ingressa est, sed potius *παλιμπλάγκτοισι δρόμοισι retrovago cursu,* terrestri nimirum, non maritimo, ut Pauwius et Gallus interpres existimant, tandem ad Prometheum in Scythiam pervenit, sive quod Æschylus eam (quæ Apollodori quoque ratio est), per Illyridem progressam, Hæmum transscendisse ac Bosporo Thracio trajecto in Scythiam pervenisse supposuerit; sive quod eam secundum Istri longitudinem pedem promovisse finxerit, donec vel ad Pontum Euxinum veniret, vel Istro alicubi trajecto sic tandem in Scythiæ desertam regionem ad Prometheum evaderet. Cum enim hanc itineris partem Æschylus alto silentio presserit, mentem ejus divinare velle supervacuum, et certi aliquid definire justo audacius esset.

Quod autem Rheæ sinus, *μέγας κόλπος* ab Æschylo dicitur, in eo non magis argutandum est, quam cum Ionii maris insulæ a Virgilio Æn. 3, 211. *Insulæ Ionio in magno* appellantur, ubi id omnino sic dici, ut *mare magnum, terra magna*, recte Heynius admonuit. Cum autem Æschylus hæc adjicit v. 839.

> *χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς*
> *σαφῶς ἐπίστασ' Ἰόνιος κεκλήσεται*
> *τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσιν βροτοῖς.*

profecto *τῆς πορείας* non est interpretandum *tuæ trajectionis*, sed potius *itineris tui, aditus tui ;* illumque sinum Æschylus, non quod Io eum tranaverit (quod alii scriptores comminiscuntur), sed quod eum adierit, s. usque ad eum cursu pervenerit, *Ionium* appellatum fuisse dicit.

Jam Apollodorus Io priusquam in Scythiam venisset Thracium Bosporum, ab ea sic nominatum, trajecisse scribit; sed ab hac narratione discedit Æschylus; nullam saltem ejus mentionem injicit.

Reliqua vero ejus itinera sic persequitur tragicus, ut eorum

descriptionem vaticinanti Prometheo tribuat. Is igitur primum Io jubet ad orientem conversam incultas terras pertransire

> *πρῶτον μὲν ἐνθένδ' ἡλίου πρὸς ἀντολὰς*
> *στρέψασα σαυτὴν, στεῖχ' ἀνηρότους γύας.*

Quia Io videbatur septentrionem versus itura, Prometheus, quem ita ad rupem Scythicam alligatum fuisse sumimus, ut facie versus Occidentem hibernum conversus esset, bene dicere poterat *στρέψασα σαυτὴν*, cum eam, ne versus Septentrionem pergeret, sed ad Orientem se converteret, admonebat.

Itaque jam sic pergebat Io, ut a sinistra in Scythas Nomadas incideret, qui Hamaxobii nominabantur, a dextra autem mare haberet. Hanc Æschyli sententiam fuisse clarum est ex his, qui sequuntur, versiculis:

> *Σκύθας δ' ἀφίξῃ νομάδας — —*
> *οἷς μὴ πελάζειν, ἀλλ' ἁλιστόνοις πόδας*
> *χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα.*

Ῥαχίαι ἁλίστονοι *litora montana maris allisu perstrepentia* maris alicujus viciniam designant; ac, nisi Æschylum plane, quid dixerit, ignorasse statuerimus, necesse est, eum sub *ῥαχίαις ἁλιστόνοις* intellexisse litora paludis Mæotidis, quæ utique, si Io versus orientem pergeret, ei a dextra sita erant, quibusque si appropinquabat, effugere licebat Scythas Nomadas, qui longius a palude Mæotide versus Septentrionem recedebant.

Tum vero Ioi ulterius proficiscenti a sinistra occurrebant bellicosi et inhospitales Chalybes. Et hos quidem alios fuisse necesse est, quam qui vulgo memorantur circa fluvium Thermodontem. Nempe jam alibi observavimus, Chalybum nomine complures olim gentes locorum intervallis dissitas nominatas fuisse. Hi igitur intra Borysthenem et Tanain habitabant, in vicinia Scytharum Hamaxobiorum, ita ut eos a sinistra Io præteriret.

Jam Io ad fluvium quendam Hybristen olim appellatum perventura erat. In hoc enim versiculo

> *ἥξεις ὑβριστὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον*

vocem *ὑβριστὴν* non appellativum, sed nomen proprium esse supra ad h. v. docuimus. Nec Araxes, ut scholiastæ, nec Aragus, ut Gallus interpres opinatur, h. l. intelligi potest. Uterque enim regiones a meridionali parte Caucaso subjectas

perlabitur. Æschylum vero de septentrionali Caucasi vicinia loqui perspicuum est. Restat igitur ut poetam de Hybriste quodam fluvio, sive verum, sive fictum nomen fuerit, famam accepisse statuamus, qui ex ipsis Caucasi jugis versus septentrionem decurreret; quem quidem Prometheus Inachi filiam prius transire vetat, priusquam ad ejus fontes in ipso Caucaso escenderit. Hic si conjecturis indulgere quidquam prodesset, opinari facile possemus, Hybristen forte eundem fluvium esse, qui Tanais appelletur. Falso enim olim, Strabone teste, 2. p. 107, a nonnullis creditum est, Tanain per Caucasum labi versus septentrionem, inde ad Mæotidem paludem reverti. Veruntamen incertiora hæc sunt, quam ut iis immorari libeat.

Caucasum Io supergressa versus meridiem descendit ad Amazonum sedes, quas, antequam ad Thermodontem fluvium demigrarent, in vicinia Caucasi meridionali habitasse ex h. l. intelligitur. Cf. Strab. 11. p. 503. 504.

Aperte autem Æschylus a vero locorum situ aberravit, cum Amazonum campum Themiscyram ibi situm esse pronuntiavit:

ἵνα
τραχεῖα πόντου Σαλμυδησσία γνάθος,
ἐχθρόξενος ναύτῃσι, μητρυιὰ νεῶν.

Etenim Themiscyra in Ponti Euxini meridionali, Salmydessi vero sinus in occidentali litore erat. Salmydessius tractus (alii Ἁλμυδισσὸς scribunt) ab insulis Cyaneis usque ad Andriacam pertinebat. Ad loci descriptionem Æschyleam proxime accedunt Scymni Chii versiculi v. 723.

Εἶτ' αἰγιαλός τις Ἁλμυδησσὸς λεγόμενος
ἐφ' ἑπτακόσια στάδια τεναγώδης ἄγαν
καὶ δυσπρόσορμος ἀλιμενός τε παντελῶς
παρατέταται ταῖς ναυσὶν ἐχθρότατος τόπος[e].

Ceterum etsi in locorum positione falsus est poeta, Salmydessi tamen descriptio optime cum aliorum auctorum notatione convenit. *τραχεῖα* enim dicitur Salmydessi ora, quia, ut Strabo ait, erat *αἰγιαλὸς λιθώδης*; deinde *ἐχθρόξενος ναύτῃσι*, quia eodem et Xenophonte auctoribus, infamis erat Thracum ea loca acco-

[e] De Salmydesso cf. Xenoph. Exp. Cyr. 7, 5, 8. Anonymi peripl. Pont. Euxin. p. 164. ed. Gronov. Arriani peripl. Pont. Euxin. p. 136. ed. Blancard. et Strab. 7. p. 319.

lentium latrociniis; denique *μητρυιὰ νεῶν*, *noverca navium*, ob crebra naufragia, quia erat sinus importuosus, et propter brevia dorsuosa (*Scheren* Germani nautæ appellant) navibus infestus. Ita Xenophon l. l. *ἔνθα τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεουσῶν νηῶν πολλαὶ ὀκέλλουσι καὶ ἐκπίπτουσι. τέναγος γάρ ἐστιν ἐπιπολὺ τῆς θαλάσσης.*

Amazonum sedibus relictis Io ab iis deducta est per regionem Bosporanorum; deinde accessit ad fretum Bospori Cimmerii.

Ἰσθμὸν δ' ἐπ' αὐταῖς στενοπόροις λίμνης πύλαις
Κιμμερικὸν ἥξεις, ὃν θρασυσπλάγχνως σὲ χρὴ
λιποῦσαν αὐλῶν' ἐκπερᾶν Μαιωτικόν.

Isthmus hic ab Æschylo memoratus, nisi omnia poetam miscuisse ac perturbasse fingamus, is esse nullo modo potest, qui Chersonesum Tauricam cum continenti jungebat, quemque propter similitudinem Strabo cum Corinthiaco comparat; sed potius h. l. intelligenda est, ut Melæ verbis utamur, obliqua illa regio et in latum modice patens, quæ inter Pontum Euxinum et paludem Mæoticam excurrit; ubi olim erant urbes Hermonassa, Cepœ, Phanagoria, et in ipso ore Cimmerium. Hanc igitur oram Io relinquens forti animo jubetur tranare Bosporum, qui ab ejus transitu sic dicendus esset, Cimmerium. Bosporo autem trajecto, (quem quia per eum introitus erat in paludem Mæoticam *στενοπόρους λίμνης πύλας*, et *αὐλῶνα Μαιωτικὸν* Æschylus appellat) Io pervenit in Chersonesum Tauricam; quod etsi Æschylus diserte non indicat, ex ipso contextu tamen colligitur; et quodammodo ab Apollodoro confirmatur, qui Io etiam in *Κιμμερίδα γῆν* venisse narrat. *Κιμμερὶς γῆ* vero est Chersonesus Taurica, in qua Cimmerios quoque olim habitasse notum est.

E Chersoneso Taurica, quoniam Prometheus Ioi denuntiat, eam relicta Europa in continentem Asiæ venturam esse, Io trajecto ponto Euxino in Thraciam, e Thracia vero per Bosporum Thracium in Asiam venisse videtur, si v. 790. *ῥεῖθρον, ἠπείρων ὅρον* de Bosporo Thracio accipias. *Vossio* tamen (in libro *Mythologische Briefe* 2. 17. p. 137.) *Phasis* significari videtur, quem Æschylus in fragmento Promethei soluti diserte nominat *χθονὸς Εὐρώπης μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα.*

Heathius longe aliam et contrariam prorsus viam ac ratio-

nem ingressus est, cum verba illa v. 725 sqq. ἵνα τραχεῖα Πόντου Σαλμυδησία γνάθος non ad proxime præcedentia αἳ Θεμίσκυράν ποτε κατοικιοῦσιν ἀμφὶ Θερμώδονθ', sed potius ad verbum ἵξει v. 724. trahenda esse existimat. Verum hoc fieri nullo modo potest. Si enim Io superato Caucaso ad Salmydessum in Thracia profecta esset, (ubi Amazonibus poetam nostrum illo tempore sedem designasse Heathius opinatur) alio itinere nisi Ponto Euxino trajecto in Thraciam pervenire non potuisset. Jam de hac trajectione postea demum loquitur; ut alia hujus explicationis incommoda taceamus.

A versu 791.

πρὸς ἀντολὰς φλογῶπας ἡλιοστιβεῖς

nostra quidem opinione non unum sed complures versiculos excidisse supra jam professi sumus; quibus Æschylus errores Ius per Asiam persecutus sit. Nam et Apollodorus Inachi filiam, postquam Scythiam et Cimmeriam terram peragraverit, per continentes multum errasse, multaque Europæ et Asiæ maria, antequam in Ægyptum venerit, tranasse scribit. Incredibile igitur est, Æschylum Ius transitum in Asiam subito cum Africanis itineribus conjunxisse. Atque cum ipsa constructionis ratio lacunam post v. 791. satis prodat, facile conjicitur decem aut plures versiculos intercidisse. Majorem quoque lacunam hic agnoscit Vossius l. l. Idem pro Κισθήνης legendum esse opinatur Κυνήτης, terræ Cynesiorum Herodot. 4, 49. 2, 37, ubi Æschylus Phorcides hisque vicinas Gorgonas ponat. Gryphes et Arimaspos autem Æschylum in Occidente posuisse, Plutonem fluvium vero Tartessum intelligi arbitratur. Hæc tamen quia de perditorum post v. 791. versiculorum argumento non constat, ad liquidum perduci vix possunt. Ἡλίου πηγὰς recte Vossius de Solis fonte circa Ammonis templum interpretatur, quam Ἡλίου κρήνην memorat Herodot. 4, 181.

Reliqua Ius itinera nihil fere difficultatis habent. ποταμὸς Αἰθίοψ Niger s. Nigris est, cujus ripas Io secutura tandemque ad Byblinos montes, ubi Nili erat catarrhacta, perventura erat. Byblini montes dicuntur, quia ibi papyri, βιβλοῦ seu βυβλοῦ magnus erat proventus. Καταβασμὸς non est Καταβαθμὸς ille nomine proprio sic dictus in Ægypti et Cyrenaicæ finibus, nec ipsum Nili catarrhactam sic vocari crediderim; sed nihil aliud h. v. significari puto, quam κατάβατιν κέλευθον, viam s. locum

excelsum, unde in planitiem descensus est. Jam Ioi Nili cursum secuturæ, tandem in regionem *τρίγωνον* Νειλῶτιν, quæ vulgari nomine Delta appellabatur, iter decretum erat, ubi cum ad urbem Canobum pervenisset, Jupiter eam pristinæ formæ ac valetudini restituturus erat. SCH. Novissime de Ius erroribus disseruerunt Welckerus in libro de trilogiis p. 127—146. Klausenius in Niebuhrii Museo Rhenano vol. 3. p. 293—323.

708. *στρέψασα*] *τρέψασα* Viteb.

γύας] *γυίας* Ald. Rob. cum aliquot codd.

709. *ἀφίξει*] *ἀφίξῃ* libri.

710. *ναίουσ'*] *νέουσ'* M.

εὐκύκλοις] *Bene rotatis*. Hippocrat. de Aer. et Aq. 93. de Scythis; Νομάδες *δὲ καλεῦνται, ὅτι οὐκ ἔστι σφι οἰκήματα, ἀλλ' ἐν ἁμάξῃσι οἰκεῦνται. αἱ δὲ ἅμαξαί εἰσι, αἱ μὲν ἐλάχισται τετράκυκλοι, αἱ δὲ ἑξάκυκλοι.* Sic *ἅμαξαι τετράκυκλοι* Odyss. I, 140. Herodot. 1, 188. BLOMF.

711. *ἐξηρτημένοι*] Scribendum *ἐξηρτυμένοι* ex Ar.: v. L. Dindorf. in Thesauro Stephani vol. 3. p. 1263. Vulgata scriptura utitur Thomas M. s. v. *ἐξήρτημαι*. Sic apud Thucyd. 6, 17. *ὅπλοις ἐξήρτυται* in codd. quibusdam in *ἐξήρτηται* corruptum.

712. ἁλιστόνοις] Recte explicari videtur ab scholiastis, *ταῖς ὑπὸ τῆς ἁλὸς στεναζούσαις καὶ ἠχούσαις*, vel *ὑπὸ ἁλὸς τινασσομέναις*. Alio sensu *ἁλίστονοι ἀγρευτῆρες*, piscatores in mari laborantes, accipiuntur apud Oppian. Hal. 4, 159.

πόδας] *γύποδας* (ων superscr.) M. *γύποδας* aliquot codd. et Ald. Rob. Steph. consentiente scholiasta. Alii recte *πόδας*, quod primus edidit Turn.

713. *χρίμπτουσα*] *χρίπτουσα* codd. aliquot.

716. *πρόσπλαστοι*] Quum tragici non *ἄπλαστος*, sed *ἄπλατος* dixerint, pariter *πρόσπλατοι* scribendum censeo cum Elmsleio.

717. *ὑβριστὴν ποταμὸν*] Herodoti verba 1, 189. de fluvio Gynde comparavit Blomfieldus, *κάρτα τε δὴ ἐχαλέπαινε τῷ ποταμῷ ὁ Κῦρος τούτῳ ὑβρίσαντι.* Adde *ποταμὸν ἀλαζόνα* ab Themistio dictum orat. 18. p. 221 D. *Κροῖσος—χρυσοῦ ψήγμασιν ἐκαλλωπίζετο, ἃ οὐχ ἡ γῆ αὐτῷ ἐδωροφόρει, ἀλλὰ ποταμὸς ἀλαζών.* Miro errore interpretes quidam fluvium finxerunt cui nomen proprium fuerit Ὑβριστοῦ. Recte, ut videtur, scholiasta, *ὑβριστὴν ποταμὸν τὸν Ἀράξην φησίν. Ἀράξης δὲ λέγεται παρὰ τὸ ἀράσσειν καὶ ἠχεῖν τὰ κύματα αὐτοῦ. τῷ γὰρ ὀνόματι τούτου καὶ πρᾶξις συνᾴδουσά ἐστι. καὶ τοῦτο δηλοῖ τὸ οὐ*

ψευδώνυμον. Ex qua annotatione fluxit quod in editione Rob. legitur *ἥξεις δ' Ἄραξιν ποταμόν*.

719. *πρὸς αὐτὸν Καύκασον*] *Ad ipsum Caucasum*, i. e. ad summam partem Caucasi, ut ex verbis *κροτάφων ἀπ' αὐτῶν* intelligitur v. 721.

721. *ἀστρογείτονας*] Servius in Virgil. Ecl. 6, 43. *hic autem mons* (Caucasus) *positus est circa Assyrios, vicinus pene sideribus*. STANL.

723. *Ἀμαζόνων στρατόν*] In Europa prope Tanaim fluvium habitasse olim Amazones testis est Sallustius. Fragm. inc. p. 135. *Dein*, inquit, *Campi Themiscyrii, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine, incertum quamobrem, digressæ*. Quin Caucasiorum in radicibus montium eas olim degisse perhibent Metrodorus et Hypsicrates, apud Strabonem 11, p. 504. *Γαργαρεῦσιν ὁμόρους αὐτάς φασιν οἰκεῖν ἐν ταῖς ὑπωρείαις ταῖς πρὸς ἄρκτον τῶν Καυκασίων ὀρῶν, ἃ καλεῖται Κεραύνια*. STANL.

724. *ἵξει* Porsonus. *ἵξῃ* A.B. aliique. Vulgo *ἥξεις*, consentiente M.

Θεμίσκυραν] Strabo 1. p. 52. *Περὶ δὲ τὸν Θερμώδοντα καὶ τὸν Ἶριν ὅλη Θεμίσκυρα τὸ τῶν Ἀμαζόνων πεδίον*. Idem 11. p. 505. *Τὴν δὲ Θεμίσκυραν καὶ τὰ περὶ τὸν Θερμώδοντα πεδία καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὄρη ἅπαντα Ἀμαζόνων καλοῦσι, καί φασιν ἐξελαθῆναι αὐτὰς ἐνθένδε*. Virg. Æn. 9, 659.

> Quales Threiciæ cum ad flumina Thermodontis
> Pulsant et pictis bellantur Amazones armis.

Apollonius Argonaut. 2, 370.

> ——*ἐπὶ δὲ στόμα Θερμώδοντος*
> *κόλπῳ ἐν εὐδιόωντι Θεμισκύρειον ἐπ' ἄκρην*
> *μύρεται, εὐρείης διαειμένος ἠπείροιο.*
> *ἐνθάδε Δοίαντος πεδίον, σχεδόθεν δὲ πόληες*
> *τρισσαὶ Ἀμαζονίδων*. STANL.

726. *Σαλμυδησία γνάθος*] Sic apud Virgilium *Tænariæ fauces*. Xenoph. Anab. 7, 5, 12. *ἀφικνοῦνται, ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸν Πόντον, διὰ τῶν Μελινοφάγων καλουμένων Θρᾳκῶν, εἰς τὸν Σαλμυδησσόν. ἔνθα τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεουσῶν νεῶν πολλαὶ ὀκέλλουσι καὶ ἐκπίπτουσι. τέναγος γάρ ἐστιν ἐπὶ πάμπολυ τῆς θαλάττης*. ubi vid. Schneider. BLOMF. Libri aliquot *Σαλμυδισία* vel *Σαλμυδησσία*.

727. *ναύταισι*] *ναύτοισι* Ald. *ναύτῃς* Rob. *ναύτῃσι* Turn. et

codices. Recte vero *ναύταισι* Eustath. ad Homer. p. 560, 18. Tzetz. ad Lycophr. 1285.

Μητρυιά] *Noverca. ἤτοι ἐχθρὰ καὶ ὀλέθριος.* Eustath. ad Iliad. E. p. 560, 19. Hesiod. *Ἄλλοτε μητρυιὰ πέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ.* Antipater Anthol. 1, 56, 1. *Ὅσσον μητρυιῆς γλυκερωτέρη ἔπλετο μήτηρ, Τόσσον ἁλὸς πολιῆς γαῖα ποθεινοτέρη.* Confer Wesseling. Obs. 1. 1. p. 4. BLOMF.

729. *στενοπόροις*] Codices aliquot *στενοπόρου*, quod *στενωπόρου* scriptum in Rob.

730. *ἰσθμὸν—Κιμμερικὸν*] Chersonesum Tauricam.

733. *Βόσπορος*] Cimmericum recte intelligit Stephanus Byz. s. v. *Βόσπορος*: aliter vero Apollonii scholiastes ad Argonaut. 2, 167. *Βόσπορος*, inquit, *ὀνομάζεται διὰ τὸ δοκεῖν τὴν Ἰὼ βοῦν οὖσαν διαπορεύεσθαι τὸ ἀπὸ Βυζαντίου καὶ Καλχηδόνος διάστημα σταδίων ἐστὶ τοῦτον τὸν τόπον, * ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν διαβαίνουσαν.* Æschylum sane in mente non habuit. Bosporus secundum Hesychium primo Scythicum designat, dein Thracium, quasi posterior ad exemplum prioris id nomen sortitus fuerit: constat enim maris et fluminum partes minus profundas et vado transeundas *βοσπόρους* vocari. STANL.

δ'] *τ'* Rob.

735. *Ἀσιάδ'*] *Ἀσίδ'* Elmsleius conjectura probabili. Conf. ad Pers. 270.

741. *μηδέπω 'ν* Turn. et pars codicum. *μήδ' ἐπῶν* M. aliique et Ald. Rob. *μήδ' ἐπῶν ἐν* duo codd.

προοιμίοις] *προοιμία* Rob.

742. *ἰώ*] *ἰὼ ἰώ* Rob. et Cantabr. primus.

ἒ ἔ A.B.M. aliique. Alii quater *ἒ* cum Ald. Rob. Turn. Unus codex *ἒ ἒ αἶ αἶ*, alius *ἒ ἒ φεῦ φεῦ*. Æschylus fortasse nihil præter *ἰώ μοί μοι* scripserat.

743. *κἀναμυχθίζει*] *κἀναμυχθίζῃ* libri.

τί που δράσεις] Notandum *που* in interrogatione. Sic Aristides vol. 2. p. 212, 9. *τῷ γε Θεμιστοκλεῖ τί που ἂν συνεβούλευε;*

748. *ἀπὸ στύφλου*] *ἀποστύφλου* Ald. Rob.

749. *πέδῳ σκήψασα*] *πεδοσκήψασα* margo MS. ap. Morell. *πέδῳ σκήψασαν* legitur Sept. 429. et similia *πέσοντος αἵματος πέδῳ* Choeph. 48. *αἷμα—τὸ διερὸν πέδῳ χύμενον οἴχεται* Eum. 263. *ἰὸς—πέδῳ πεσών* 479. *τὸ μητρὸς αἷμ' ὅμαιμον ἐκχέας πέδῳ* 653. Sed vereor ne his locis omnibus antiqua restituenda sit

scriptura ΠΕΔΟΙ, quam pro πέδῳ acceperunt librarii, quum πέδοι significet. Sic πέδοι δὲ βᾶσαι dixit Æschylus Prom. 272, non πέδῳ δὲ βᾶσαι.

750. εἰσάπαξ Turn. εἰς ἅπαξ M. aliique et Ald. Rob.

754. ἦν ἂν] ἂν ἦν aliquot codd. ἦν μοι Rob.

755. μοι] τὸ Rob. μοι om. Vindob. duo.

756. ἐκπέσῃ] ἐκπέσοι aliquot codd.

757—759. Ioi tribuunt libri. Correxit Dawesius Miscell. p. 284.

758. ἥδοι'] ἥδοιμ' libri. ἥδοι' Dawesius: atque id ipsum in cod. Viteb. scriptum est, casu potius, ut opinor, quam antiquioris libri exemplo, ut ex eo colligi potest, quod hic quoque codex pravam servat personarum descriptionem.

759. δ' om. N.

κακῶς] κακά L. Rob.

760. σοι μαθεῖν] μαθεῖν σοι aliquot codd. et Ald. Rob.

762. αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ] πρὸς αὐτὸς αὑτοῦ M. et tres alii, male: Sophocl. Œd. T. 1237. αὐτὴ πρὸς αὑτῆς. Ajac. 906. αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ. Antig. 1174. αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ, πατρὶ μηνίσας φόνου. BLOMF. Malim cum tribus codicibus πρὸς αὐτὸς αὑτοῦ. Sic infra 919. Τοῖον παλαιστὴν νῦν παρασκευάζεται Ἐπ' αὐτὸς αὑτῷ. Ubi αὐτὸς ἐπ' αὐτῷ dedit Robortellus. Agam. 845. Τοῖς τ' αὐτὸς αὑτοῦ πήμασιν βαρύνεται. Soph. Œd. Col. 929. Σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν Τὴν αὐτὸς αὑτοῦ. ELM. Exemplis ab Elmsleio allatis non multum efficitur, quum in locis illis omnibus pronomen propter metri necessitatem sit trajectum, quæ nulla est in hoc loco. Quamobrem servandum videtur αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ, nisi quis poetam πρὸς αὐτὸς αὑτοῦ propterea prætulisse censeat ut πρὸς in initio versus positum accuratius responderet præcedenti πρός: quod mihi valde infirmum argumentum videtur.

αὑτοῦ] αὐτοῦ Ald. Rob.

763. π. τ. σήμηνον] σήμηνον π. τ. Ald. Rob.

764. τοιοῦτον] τόνδ' Rob.

766. ῥητὸν αὐδᾶσθαι τάδε] Simili pleonasmo Orpheus Argon. 926. (931.) οὐ φατὸν εἰπεῖν, et Aristoph. Av. 1715. οὐ φατὸν λέγειν. quæ exempla compararunt Hermannus ad versum Orphicum et Schæfer. ad Sophoclis Philoct. 847. Corrigendum autem τόδε ex M. et septem aliis codicibus et Rob. Nam τάδε si scripsisset Æschylus, non ῥητὸν dicere debebat, sed generali

uti vocabulo, quod ipsum Brunckius posuit ex conjectura *οὐ γὰρ θεμιτὸν αὐδᾶσθαι τάδε*, collato Soph. Œd. T. 993. *ἦ ῥητόν; ἢ οὐχὶ θεμιτὸν ἄλλον εἰδέναι;*

768. Citat Tzetza ad Lycophr. 178. unde lector mythologiam de Thetidis nuptiis quærat, et ex Bentleii nota ad Horat. Carm. 1, 12, 19. BLOMF.

770. *οὐ δῆτα πρὶν ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθείς*] Inter *πρὶν ἂν ἔγωγ'*, *πρὶν ἔγωγ' ἂν*, et *πλὴν ἔγωγ' ἂν* fluctuant libri, quorum alii *λυθῶ* alii *λυθεὶς* exhibent. Sed exquisitius videtur *λυθεὶς*, quod prætulit Porsonus, scilicet ut Promethei sermonem abrumpat subita Ius interrogatio, *Τίς οὖν ὁ λύσων σ' ἐστὶν, ἄκοντος Διός;* Sed præcedentium verborum scriptura, præter metri defectum, eo etiam nomine vitiosa est, quod inusitato ordine vocabula collocat. Nihil enim inter *πρὶν* et *ἂν* interponi debet, nisi particula. Cum cod. Mediceus, omnium, ut videtur, præstantissimus, aliique duo *πλὴν ἔγωγ' ἂν* exhibeant, suspicor tragicum scripsisse, *Οὐ δῆτα, πλὴν ἔγωγ' ὅταν δεσμῶν λυθεὶς* (aut *λυθῶ*). *Πλὴν ὅταν* habet Noster supra 258. *Οὐκ ἄλλο γ' οὐδὲν, πλὴν ὅταν κείνῳ δοκῇ.* Soph. El. 293. *Τάδ' ἐξυβρίζει, πλὴν ὅταν κλύῃ τινὸς Ἥξοντ' Ὀρέστην.* Nec minus bene dicitur *δεσμῶν λυθεὶς* quam *ἐκ δεσμῶν*. Noster infra 1005. *Λῦσαί με δεσμῶν τῶνδε.* ELM. *πλὴν ἔγωγ' ἂν* in E.M. et tribus aliis codicibus legitur. *πρὶν ἂν ἔγωγ'* in Vindob. primo et Ald. Rob. *πρὶν ἔγωγ' ἂν* in A.B. ceterisque codd. et Turn. *λυθεὶς* in solo legitur M. et Rob. adscriptum est in B.: reliqui libri omnes *λυθῶ*. Quod restituendum, nec de interrupta oratione cogitandum ubi non apparet quid amplius dici debuerit quam *ἐκ δεσμῶν λυθῶ*. Longe alia conditio loci Sophoclei Aj. 108. ubi Ajacis verba *πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον' ἑρκείου στέγης* interrumpuntur ab Minerva quærente *τί δῆτα τὸν δύστηνον ἐργάσει κακόν;* post quæ pergit Ajax *μάστιγι πρῶτον νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ.* Ad præcedentia verba quod attinet, vitium recte animadvertit Elmsleius, sed non satis dextre sustulit. Scribendum *οὐ δῆτα, πλὴν ἐὰν ἐγὼ 'κ δεσμῶν λυθῶ.* Hoc quum in *ἂν ἐγὼ 'κ* vel *ἂν ἔγωγ' ἐκ* esset corruptum, postmodum interpolatum est *ἔγωγ' ἂν ἐκ*. De *ἐὰν* particulæ mensura dixi ad Aristoph. Vesp. 228.

771. *σ'* om. M. et alii nonnulli.

772. *ἐκγόνων*] *ἐγγόνων* C. cum var. lect. *ἐκγόνων*.

773. *σ'* om. duo codd. et Ald.

774. τρίτος—πρὸς δέκα] Sic Agam. 1605. τρίτον γὰρ ὄντα μ' ἐπὶ δέκ' ἀθλίῳ πατρὶ ξυνεξελαύνει. Tredecim generis successores sunt, 1. Epaphus. 2. Libya. 3. Belus. 4. Danaus. 5. Hypermnestra. 6. Abas. 7. Prœtus. 8. Acrisius. 9. Danae. 10. Perseus. 11. Electryon. 12. Alcmena. 13. Hercules. BLOMF.

ἄλλαισιν] ἄλλῃσι vel ἄλλῃσιν codd. aliquot.

776. μηδὲ σαυτῆς] μηδὲ σαυτῆς τ' ex M.N. affertur: sed ex M. Fr. de Furia enotavit μηδὲ σαυτῆς τις. Recte Blomfieldus corrigere videtur μή τι σαυτῆς, quod ipsum fortasse in illa lectione latet sic explicanda, μηδὲ (τι) σαυτῆς.

778. δυοῖν] δυεῖν aliquot codd. et Turn.

781. φράσω] φράσαι Rob.

ἐκλύσοντ' ἐμέ] ἐκλύσοντά με aliquot codd.

783. μηδ' ἀτιμάσῃς λόγους] Certissime repono, μηδ' ἀτιμάσῃς λόγου. Sensus est: Μὴ ἀτιμάσῃς ἡμᾶς τοῦ σοῦ λόγου. *Ne nobis deneges narrationem quam petimus.* Ita Œdipus apud Soph. Œd. Col. 49. Πρὸς νῦν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ' ἀτιμάσῃς Τοιόνδ' ἀλήτην, ὧν σε προστρέπω φράσαι. Respondet hospes: Σήμαινε, κοὐκ ἄτιμος ἔκ γ' ἐμοῦ φανεῖ. Adde ejusdem fabulæ 1273. 1278. Œd. Tyr. 789. In his omnibus ἀτιμάζειν vel ἄτιμον ποιεῖν *nullum responsum dare* significat. Quod ad genitivum λόγου attinet, conferri potest Theb. 1021. ubi ἄτιμον ἐκφορᾶς, *carentem funere,* dixit Poeta. ELM. Recte corrigit λόγου.

785. λύσοντα] σε addunt aliquot codd. et Ald.

γὰρ] γὰρ νῦν tres codd. et Ald.

787. οὐ om. pars codicum et Rob.: superscriptum habet M.

789. ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν] Imitatur auctor Hermippi dialogi a Blochio editi p. 28 extr.

790. ῥεῖθρον ἠπείρων ὅρον] Phasin recte intelligit I. H. Vossius in epistolis mythol. vol. 2. p. 159. ed. sec. collato Promethei soluti fragmento (177.) τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης | μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν.

791. ἀντολὰς] ἀνατολὰς codd. plures.

φλογῶπας Pauwius. Vulgo φλογωπάς. Lacunam post hunc versum indicavit Brunckius. Plures versus excidisse, in quibus Ius per Asiam errores descripti fuerint, conjecit Vossius.

792. πόντον] πόντον M. et duo alii cum Ald.

793. Κισθήνης A.C.D.M. et superscriptum in B. Κισθίνης B.

Turn. Aliorum librorum vitia sunt Κιθήνης, Σκυθήνης et, quod in Ald. Rob. legitur, Σκυθίνης. Harpocratio, Κισθήνη: Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ (p. 72 D.) ὄρος τῆς Θρᾴκης. Κρατῖνος "Κἀνθένδ' ἐπὶ τέρματα γῆς ἥξεις καὶ Κισθήνης ὄρος ὄψει." Κισσήνη hoc nomen scribitur apud Hesychium et Suidam.

794. δηναιαὶ κόραι] *Vetulæ puellæ*, quia statim a nativitate vetulæ erant; fuerunt autem Ento, Pemphredo, et Dino Phorci s. Phorcynis et Cetus filiæ Gorgonum sorores; atque, ut Apollodorus scribit 2, 4, γραῖαι ἐκ γενετῆς, uno tantum tres oculo, unoque dente præditæ, quibus et per vices utebantur. ἕνα τε ὀφθαλμὸν αἱ τρεῖς, καὶ ἕνα ὀδόντα εἶχον· καὶ ταῦτα παρὰ μέρος ἤμειβον ἀλλήλαις. Eandem fabulam mutatis quibusdam partibus refert Palæphatus c. 32. Hesiodus duas tantum facit Theogon. 270.

> Φόρκυϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίας τέκε καλλιπαρῄους
> ἐκ γενετῆς πολιάς· τὰς δὴ Γραίας καλέουσιν
> ἀθάνατοί τε θεοὶ χαμαὶ ἐρχόμενοί τ' ἄνθρωποι
> Πεφρηδώ τ' εὔπεπλον Ἐνυώ τε κροκόπεπλον. SCH.

795. κυκνόμορφοι] Sic dictæ, quia canæ. STANL.

ὄμμ' ἐκτημέναι codices et Thomas M. s. v. κέκτημαι et Turn. ὄμμα κεκτημέναι Ald. Rob. "Ovid. Metam. 6, 4. *Phorcidas unius sortitas luminis usum.*" BLOMF.

796. ἃς] τὰς codd. tres et Ald.

οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται] Citat Tzetzes Chil. 3, 953. Æschylus Homericum adumbravit, Od. Λ, 15. οὐδέ ποτ' αὐτοὺς Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν. quæ sunt etiam Hesiodi verba in Theogon. 759. Quin et se ipse imitatus est: Galen. vol. 9. p. 385. Οὕτω καὶ Αἰσχύλος ἐν Ξαντρίαις [fr. 158.]

> ἃς οὔτε πέμφιξ ἡλίου προσδέρκεται
> οὔτ' ἀστερωπὸν ὄμμα Λητῴας κόρης. BLOMF.

799. Γοργόνες] Gorgones erant Euryale, Stheno, et Medusa (apud Athenæum 5. p. 221. ex Alexandro Myndio narratur Gorgona a Nomadibus in Lybia animal dici ovi silvestri simile, quod habitu et adspectu occurrentes interimat); εἶχον δὲ αἱ Γοργόνες κεφαλὰς μὲν περιεσπειραμένας φολίσι δρακόντων· ὀδόντας δὲ μεγάλους ὡς συῶν, καὶ χεῖρας χαλκᾶς, καὶ πτέρυγας χρυσᾶς δι' ὧν ἐπέτοντο, τοὺς δὲ ἰδόντας λίθους ἐποίουν. Apollodor. 2, 4. SCH.

801. τοιοῦτο] τοιοῦτον quattuor codd. et Ald.

φρούριον] Hesych. Φρούριον· προφύλαγμα, προφυλακτήριον. Hic vero φρούριον quod vites sc. Scholiastes A. καταγωγὴν, ἣν ὀφείλεις φυλάξασθαι. STANL.

803. ὀξυστόμους—φύλαξαι] Solin. c. 13. *In Asiatica Scythia terræ sunt locupletes, inhabitabiles tamen, nam cum auro et gemmis affluant, Grypes tenent universa, alites ferocissimæ et ultra omnem rabiem sævientes, quarum immanitate obsistente ad venas divites accessus difficilis ac rarus est; quippe visos discerpunt, veluti geniti ad plectendum avaritiæ temeritatem.* Aves rapaces, quales Gryphes quoque esse ferebantur, κύνας dicit Æschylus, ut aquilam v. 1021. πτηνὸν Διὸς κύνα, porro ἀκραγεῖς, *mutos, non latrantes;* denique ὀξυστόμους; acuta enim et adunca rostra iis tribuuntur. SCH.

ἀκραγεῖς] ἀκραγγεῖς duo codd. et Ald.

804. γρῦπας Elmsleius. γρύπας libri.

φύλαξαι] φύλαξον Rob.

τόν τε μουνῶπα στρατὸν] Arimasporum historiæ tres libros carmine composuit Aristeas Proconnesius, quem, ni supposititium opus fuerit, prout sentit Dionysius Halic. et suspicari videtur Longinus περὶ ὕψους c. 8. secutus est in hisce describendis Æschylus: extat enim haud absimile fragmentum ex Arimaspeis apud Joannem Tzetzem, Chil. 7. hist. 144.

> Ἰσσηδοὶ χαίτῃσιν ἀγαλλόμενοι ταναῇσι
> καί σφας ἀνθρώπους εἶναι καθύπερθεν ὁμούρους,
> πρὸς Βορέω, πολλούς τε καὶ ἔσθλους, κάρτα μαχητὰς,
> ἀφνειοὺς ἵπποισι, πολύρρηνας, πολυβούτας·
> ὀφθαλμὸν δ' ἓν ἕκαστος ἔχει χαρίεντι μετώπῳ
> χαίτῃσιν λάσιοι, πάντων στιβαρώτατοι ἀνδρῶν.

Plinius etiam *uno oculo in media fronte* insignes tradit. Gellius (N.A. 9, 4.): *item esse homines sub eadem regione cœli, unum oculum in frontis medio habentes, qui appellantur Arimaspi; qua fuisse facie Cyclopas poetæ ferunt.* Et Strabo Cyclopum fabulam hoc arrepto argumento e Scythia in Græciam delatam putat lib. 1. Eustathius prodit in Dionys. περιηγ., eos inter sagittandum alterum oculum solitos esse claudere, quæ consuetudo tandem in naturam transierit. Ex hoc vitio nomen hæsit. Ἄριμα enim lingua Scythica *unum* significat, σπου *oculum* teste Herodoto 4, 27. Eustathius aliter, nempe ἄρι unum et μασποὺς

oculum, cui accedit schol. β'. Quicquid vero de Arimaspis dicitur, in dubium vocat Herodotus 3, 116, imo de iis nihil tradi præter fabulas Strabo probat 11. p. 507. C. Casaub. STANL. μονῶπα D. et Eustath. ad Dionys. P. 31. μουνῶπα M. ου ab rec. manu adscripto.

805. χρυσόρρυτον] Auro abundare plagas illas septentrionales, præter Solinum cap. 15. asserit Herodotus 3, 116. πρὸς δὲ ἄρκτου τῆς Εὐρώπης πολλῷ τοι πλεῖστος χρυσὸς φαίνεται ἐών. Caute tamen subdit ὅκως μὲν γινόμενος οὐκ ἔχω οὐδὲ τοῦτο ἀτρεκέως εἶπαι. Hinc Lucanus 3, 289: *auroque ligatas substringens Arimaspe comas.* Hujus causa gryphes cum Arimaspis assidue pugnare ex Aristea refert Pausanias 1, 24. STANL.

806. πόρου] πόρον M. aliique nonnulli et Rob.

807. τηλουρὸν] τηλουργὸν M. ουρὸν ab alia manu adscripto.

808. οἳ πρὸς ἡλίου ναίουσι πηγαῖς] Veteres Æthiopas ad extremitates terræ collocatos censebant, non solum versus meridiem, sed et versus orientem et occidentem; etenim monet Strabo 1, p. 33. τὰ μεσημβρινὰ πάντα Αἰθιωπίαν καλεῖσθαι, cujus rei testem adducit Æschylum in Prometheo λυομένῳ. Veteres sequitur Ptolemæus, εἰσὶ δὲ ὁμοίως οἱ ὑπὸ τὸν Ζωδιακὸν οἰκοῦντες ἀπὸ δύσεως μέχρις ἀνατολῶν, ἅπαντες μέλανες τὰς χρόας Αἰθίοπες. Inde πρὸς ἡλίου πηγαῖς positi. Virgil. Æn. 4, 480.

Oceani finem juxta solemque cadentem
Ultimus Æthiopum locus est. ——

Macrobius I. 33. Homericum illud proferens Il. I, 423.

Ζεὺς [γὰρ] ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
χθιζὸς ἔβη μετὰ [κατὰ] δαῖτα, ——

Jovis, inquit, *appellatione Solem intelligi Cornificius scribit, cui unda Oceani velut dapes ministrat.* STANL.

809. ἔνθα ποταμὸς Αἰθίοψ] A colore hoc nomen adeptus. Solin. c. 24. *ultra adhuc amnis, qui atro colore exit per intimas et exustas solitudines, quæ torrente perpetuo et sole nimio plusquam ignito nunquam ab æstu vindicantur.* STANL.

810. τούτου παρ' ὄχθας ἕρφ'] Niger cum ad ultimum cataractarum pervenerit, Nilus dicitur. Solin. 32. *demumque a Cataractę ultimo tutus est, ita enim quædam claustra ejus Ægyptii nuncupant; relicto tamen hoc post se nomine quo Nigris vo-*

catur. Mire hallucinatur interpres Græcus, qui de Catabasmo nescio quo monte somniat. STANL.

παρ' ὄχθας] Hom. Il. Γ. 187. *παρ' ὄχθας Σαγγαρίοιο. Οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον*, ait Eustath. p. 403, 13. *παρ' ὄχθαις φασίν*. Quod non est verum. *παρ' ὄχθας* est *secus ripas; παρ' ὄχθαις juxta ripas*, ut in Theb. 392. *βοᾷ παρ' ὄχθαις ποταμίαις*. Sophocl. Philoct. 726. *Σπερχειοῦ παρ' ὄχθαις*. BLOMF.

ἐξίκῃ] *ἐξίῃς* aliquot codd. et Ald.

811. *καταβασμὸν*] Descensum. Loquitur poeta de *Καταδούποις* Nili, ubi fluvius iste de montibus præcipitatur. Herodot. 2, 17. *ὁ γὰρ Νεῖλος, ἀρξάμενος ἐκ τῶν Καταδούπων*. Cicer. Somn. Scip. *Sicut ubi Nilus ad ea quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus*. Plin. 5, 9. *Vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui Catadupi vocantur, novissimo Catarracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere*. Vid. interpp. ad Hesych. v. *Κατάδουπος*. Diversus autem erat hic locus a *Καταβαθμῷ*, prope Libyam sito. BLOMF.

Βυβλίνων] *βιβλίνων* M. et tres alii. "Byblinos montes ita dictos a papyro et calamis monet scholiastes, nec absimile vero, namque et Niger perinde ac Nilus *papyro viget et calamo prætexitur*. Solin. 30." STANL.

ὀρῶν] *ὀρέων* C. et var. lect. ap. Turnebum.

812. *σεπτὸν*] *σεμνὸν* A.B.

εὔποτον ῥέος] Achill. Tat. 4, 18. de aqua Nili: *γλυκὺ δὲ πινόμενον ἦν, καὶ ψυχρὸν ἐν μέτρῳ τῆς ἡδονῆς*. et paulo post, *διὰ τοῦτο αὐτὸν ἄκρατον ὁ Αἰγύπτιος πίνων οὐ φοβεῖται, Διονύσου μὴ δεόμενος*. Huc pertinet Pescennii dictum ad milites: *Nilum habetis, et vinum quæritis?* Plura de dulcedine aquæ Niloticæ Spartianus in Pescennio Nigro c. 7. STANL.

813. *τρίγωνον ἐς χθόνα*] *Δέλτα* innuit, quod Ægyptiis teste Stephano *Πτίμυρις*, Græcis *Δέλτα*, ob figuram qua Siciliam imitatur. Diodor. 1, 34. Extenditur, referente Herodoto 2, 15. secundum mare *ἀπὸ Πέρσεως σκοπιῆς μέχρι ταριχείων τῶν Πηλουσιακῶν*, (legerim *βαράθρων*, sic enim loca circa Pelusium vocari solita ex Strabone constat, 17. p. 802.) a mari *μέχρι Κερκασώρου πόλιος, καθ' ἣν σχίζεται ὁ Νεῖλος, ἔς τε Πηλούσιον ῥέων καὶ ἐς Κάνωβον*. STANL.

816. Citat Athen. 8. p. 347 C. ex eoque Eustath. p. 1535, 24.

817. ἐπαναδίπλαζε] Scribendum potius ἐπανδίπλαζε. Sic ἀνδαίοντες Agam. 305. Ἀνδήματα pro ἀναδήματα restitutum Euripidi Electr. 882.

820. πολυφθόρου] πολυφόρου aliquot codd. et Rob.

822. αἰτούμεσθα] Scribendum ᾐτούμεσθα: respicit enim ad v. 785. Non videtur hic locus talis esse in quo præsens apte poni possit pro imperfecto.

829. δάπεδα] γάπεδα recte emendavit Porsonus ad Eurip. Or. 324. collato Steph. Byz. s. v. Γῆ, λέγεται καὶ γήπεδον τὸ πρὸς τοῖς οἴκοις ἐν πόλει κηπίον, ὅπερ οἱ τραγικοὶ διὰ τοῦ α φασὶ, δωρίζοντες. Eadem vocabula permutata ap. Lycophr. 617. Δάπεδον non dicitur nisi correpta syllaba prima.

830. αἰπύνωτον Δωδώνην] Dodona in regione Molossorum, qui in vicinia Illyriorum montium habitabant. Ipsum Jovis templum ad Tomari montis radices exstructum erat. Strab. 7. p. 328. C. SCH.

831. θῶκος] Scribendum θᾶκος cum Brunckio. V. ad v. 280.

832. αἱ προσήγοροι δρύες] Fabulosæ quercus fatidicæ in querceto sacro prope Dodonam multum inter veteres celebratæ. Earum jam Homerus mentionem facit. Sophocles in Trachiniis, primum (v. 175.) antiquam fagum, unde columbæ illæ geminæ oracula reddiderint, deinde vero etiam in Sellorum luco (v. 1174.) *vocalem quercum* πολύγλωσσον δρῦν memorat. SCH.

834. προσηγορεύθης] προσηγορήθης aliquot codd.

835. μέλλουσ' ἔσεσθ', εἰ τῶνδε προσσαίνει σέ τι Turn. vitiosa cum elisione diphthongi: quæ scriptura nullo ex codice diserte est annotata, annotatum vero ex M. et quindecim minimum aliis codicibus ἔσεσθαι τῶνδε vel ἔσεσθαι, τῶν δὲ—. quod utcunque explicant scholiastæ. Duplici hic versus vitio laborat, altero structuræ, nisi quis ἔσεσθ' εἰ scripsisse Æschylum sibi persuadeat, altero sententiæ. Nam verba τῶνδε sive εἰ τῶνδε προσσαίνει σέ τι aut plane inutiliter addita sunt aut ita ut rideri Io videatur, quo nihil et a persona et a consilio Promethei alienius cogitari potest. Itaque vereor ne confictus hic versus ab interpolatore sit, qui quum verba μέλλουσ' ἔσεσθαι ad sententiæ integritatem necessaria esse judicasset, reliqua versus utcunque explendi caussa adjecerit. Is autem haud dubie ἔσεσθ', εἰ— scripserat, quod recte restituit Turnebus sive

codicem aliquem sive, quod magis credo, conjecturam secutus.

προσσαίνει] *προσαίνει* D.M.

837. *κόλπον Ῥέας*] *Mare Adriaticum.* Phot. Lex. *Ῥέας πόντος. ὁ Βόσπορος. ἥ ἐστι καὶ Ἀδρίας. καλεῖται ἀπὸ τοῦ εἰσβάλλοντος πόντου Ἀδρίου.* unde corrigendam monet Albertius Hesychii glossam *Ῥέας πόρτος.* BLOMF.

838. *παλιμπλάγκτοισι*] *παλιμπλάκτοισι* M. *πολυπλάγκτοισι* codices octo et Rob. Per *πολυστρόφοις* explicat scholiasta.

χειμάζει E. Vulgo *χειμάζῃ.*

840. *Ἰόνιος*] Etymol. M. p. 473, 16. *Ἰόνιος κόλπος, ἀπὸ τῆς Ἰοῦς, ὡς Αἰσχύλος.* Schol. Apoll. Rh. 4, 308. *Ἰόνιος πέλαγος πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ οὕτω καλούμενον ἀπὸ Ἰονίου, ἀνδρὸς Ἰλλυρίου. τινὲς δὲ, ἀπὸ τῆς γενομένης πλάνης τῇ Ἰοῖ.* ubi legendum videtur *τὸ πρὸς τῇ Ἰ.* et mox *ἀπὸ τῆς τῇδε γενομένης.* Eustathius in Dionys. 92. *Λέγεται δὲ Ἰόνιος, ὡς καὶ τῷ Λυκόφρονι* (v. 631.) *δοκεῖ, καὶ τῷ Αἰσχύλῳ, ἀπὸ τῆς Ἰοῦς. διενήξατο γὰρ ἐκείνη βοῦς γενομένη κἀνταῦθα. οἱ δὲ φασὶν ἀπὸ Ἰάονος, ἀνδρὸς Ἰτάλου, ἢ ἀπὸ Ἰονίου, ἀνδρὸς Ἰλλυρικοῦ.* pro *Ἰάονος* Steph. Byz. *Ἰόνος.* Stanleius monet Ionium mare latius a Poetis quam a Geographis extendi. Cum nostro consentit Charax in *Ἑλληνικοῖς* apud Anonymum de Incredib. Galei Opusc. Mythol. p. 106. BLOMF.

κεκλήσεται A.B. aliique. Vulgo *κληθήσεται*, consentiente M.

846. *ἐσχάτη χθονὸς*] Eustath. p. 1386, 12. *τὴν Κάνωβον ἐσχάτην χθόνος λέγει, ὡς κειμένην βορειοτάτην ἐν τοῖς πρὸς τῇ θαλάσσῃ μέρεσιν Αἰγύπτου.* et p. 1509, 34. *ὁ δ' αὐτὸς* (Apion) *λέγει καὶ ὅτι πείρατα γαίης ὁ ποιητὴς ἐνταῦθά φησιν οὐ τὰ πρὸς Ὠκεανὸν, ἀλλὰ τὰ ἐκεῖ πρὸς τῇ κατὰ Νεῖλον θαλάσσῃ· καθὰ καὶ Αἰσχύλος εἰπὼν "ἔστιν πόλις Κάνωβος ἐσχάτη χθονός·" πᾶσα γὰρ ἀγχίαλος ἐσχάτη χθονός.* STANL.

847. *Νείλου—προσχώματι*] *πρόσχωμα Νείλου* de aggeribus circa Nili ostia intra regionem s. insulam Delta appellatam, exstructis, quibus pagi et urbes impositæ erant, ne exundante Nilo submergerentur; teste Strabone lib. 17. p. 788. D: *ἐν δὲ ταῖς ἀναβάσεσι τοῦ Νείλου καλύπτεται πᾶσα (ἡ νῆσος), καὶ πελαγίζει πλὴν τῶν οἰκήσεων· αὗται δ' ἐπὶ λόφων αὐτοφυῶν, ἢ χωμάτων ἵδρυνται, πόλεις τὲ ἀξιόλογοι καὶ κῶμαι, νησίζουσαι κατὰ τὴν πόῤῥωθεν ὄψιν.* SCH.

848. *τίθησιν*] *τίθεισιν* M.

849. *ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν* (libri *θίγων*) *μόνον*] Cum verba *ἐπαφῶν καὶ θιγὼν μόνον* non ad *ἔμφρονα*, sed ad *ἐγκύμονα* vel tale quid pertineant, verisimile est aut nonnihil post *ἔμφρονα* intercidisse, aut verba *Ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον* ab erudito librario in margine apposita, demum in textum irrepsisse. Quæ quidem sententia fortasse verior est. Non enim necessarium erat ut Prometheus, cujus sermo paullo *αἰνιγματωδέστερος* est, rem spectatoribus satis notam perspicue Ioni aperiret. ELM. Recte Elmsleius hunc versum ab Æschylo scriptum esse negat.

850. *γεννημάτων*] Non apparet quomodo Jovis cum Io consuetudo *γεννήματα* dici possit. Verissima est quam Scaliger in margine libri sui memoravit emendatio Peyraredi *θιγημάτων*, atque id ipsum fortasse legerat interpolator qui in præcedente versu *θιγὼν μόνον* posuit. Hesychii glossam *θιγμάτων: μιασμάτων* ad hunc locum probabiliter rettulit Valckenar. ad Eurip. Phœn. p. 243. restituto *θιγημάτων*. Ceterum de Epaphi partu conferatur Suppl. 18. 45—48.

853. *πεντηκοντάπαις*] *πεντηκοντόπαις* Rob. male: nam Attici numerorum terminationes in compositis servant, de qua re insignis est locus ex Herodiano *περὶ παθῶν* in Etym. M. p. 346, 14. BLOMF. Aliud *πεντηκοντάπαις* s. *πεντηκοντόπαις*, aliud *πεντηκοστόπαις*. Suppl. v. 325. *Δαναὸς δ' ἀδελφός ἐστι πεντηκοστόπαις*. Illud *ex quinquaginta liberis constans*, hoc *quinquaginta liberos habens*. Male igitur Eustathius ad Homer. p. 32, 33. Danaum et Ægyptum quintam generationem fuisse ait, primo quod ab Io ducat, *ἀπ' αὐτοῦ* scil. Epapho, secundo quod *πεντηκοντόπαις* male intelligit. STANL.

857. *κίρκοι πελειῶν οὐ μακρὰν λελειμμένοι*] Eadem similitudine de Danaïsin utitur noster Suppl. 222. *ἐν ἁγνῷ δ', ἑσμὸς ὣς πελειάδων, Ἵζεσθε, κίρκων τῶν ὁμοπτέρων φόβῳ, Ἐχθρῶν ὁμαίμων καὶ μιαινόντων γένος*. BLOMF.

πελειῶν οὐ μακρὰν λελειμμένοι] Non procul distantes, h. e. instantes, imminentes columbis. STANL.

858. *θηρεύσοντες*] Scribendum *θηρεύοντες* ex N.

859. *φθόνον δὲ σωμάτων ἕξει θεός*] I. e. deus corpora virginum invidebit filiis Ægypti.

860. *δέξεται*] Virgines.

861. *δαμέντων*] Intelligendum *ἐκείνων* (Ægypti filiorum).

863. ἐν σφαγαῖσι] Id est, *in jugulo.* Male Stanleius vertit *cæde tingens.* Eurip. Orest. 285. Μὴ τῆς τεκούσης εἰς σφαγὰς ὦσαι ξίφος. Polyænus 8, 48. τὸ ξίφος καθεῖσα διὰ τῆς σφαγῆς. Virg. Æn. 12, 357. *dextræ mucronem extorquet, et alte Fulgentem tinguit jugulo.* Horat. Serm. 2, 3, 136. *In matris jugulo ferrum tepefecit acutum.* Ovid. Ep. 14, 5. *Quod manus extimuit jugulo demittere ferrum.* Hactenus Ruhnkenius in Epist. Crit. 1. p. 71. quibus adjici potest Antonin. Liberal. 25. Ἐπάταξαν ἑαυτὰς τῇ κερκίδι παρὰ τὴν κλεῖδα, καὶ ἀνέρρηξαν τὴν σφαγήν. Petron. Arb. Fragm. p. 679. *Jugulo stat divite ferrum.* Galenus in Isagoge τὰς σφαγὰς inter τὰς κατακλεῖδας ponit. BLOMF.

864. ἐπ'] ἐς M. aliique nonnulli et Rob.

865. μίαν] Hypermnestram, Lynceo parcentem.

866. σύνευνον] Scribendum ξύνευνον cum Brunckio.

ἀπαμβλυνθήσεται] ἀπαμβλυθήσεται M. et duo alii. ἐπαμβλυθήσεται Rob. ἐπαμβληθήσεται var. lect. in B.

867. γνώμην M. et septem alii. γνώμαιν A.B. aliique pauci cum Rob. γνώμων Ald. γνωμῶν Turn. γνώμην qui legerunt, verba ἀπαμβλυνθήσεται γνώμην conjunxerunt, pluralem qui posuerunt, cum δυοῖν construxerunt, posita post ἀπαμβλυνθήσεται interpunctione.

δυοῖν] δυεῖν libri aliquot.

θάτερον] θατέραν A.C. et superscriptum in B. Lectio interpolata ab iis qui γνωμῶν δυοῖν conjunxissent.

871. θρασὺς] Hercules.

872. κλεινὸς] κλεινοῖς M. Rob.

ὃς πόνων ἐκ τῶνδ' ἐμὲ] Libri quidam ὃς ἐκ πόνων τῶνδέ με, vel ὃς τῶνδ' ἐκ πόνων ἐμέ.

874. ἐμοὶ] ἐμὴ aliquot codd.

Θέμις] Themis enim vaticiniis clara Delphico quoque oraculo secunda post Terram præsedisse ferebatur, quam Titanis, ac deinde Apollo ordine exceperint. Cf. Eumenid. v. 1. sqq. Quamquam alium ordinem præsidum hujus oraculi narrat Pausanias 10, 5. SCH.

875. χρόνου] λόγου M., codex Turnebi et Steph.

877. ἐλελελελεῦ Ald. Ἰὼ, ἰὼ, ἐλελελελεῦ Rob. ἐλελελελελεῦ Turn. ἐλελεῦ, ἐλελεῦ, [Pauwius et] Porsonus, atque ita legisse videtur schol. B. qui interpretatur φεῦ, φεῦ. Hesych. Ἐλελεῦ· τίθησι αὐτὸ Αἰσχύλος ἐπὶ σχετλιασμοῦ, ἐν Προμηθεῖ Δεσμώτῃ.

Suidas, Ἐλελεῦ. ἐπίφθεγμα πολεμικὸν τὸ ἐλελεῦ. καὶ γὰρ οἱ προσιόντες εἰς πόλεμον τὸ ἐλελεῦ ἐφώνουν μετά τινος ἐμμελοῦς κινήσεως. Ab hac exclamatione *Eleleïdes* dicuntur Bacchæ, Ovid. Heroïd. 4, 47. BLOMF. Versus vulgo sic divisi ἐλελεῦ— | ὑπό— | μανίαι— | χρίει— | κραδία—.

879. φρενοπληγεῖς] Activo sensu *mentem de statu dejicientes.*

880. ἄρδις] Hesychius, ἄρδις: ἀκίς· Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ.

ἄπυρος] Inepte scholiasta per πολύπυρος explicat. Aculeum sine igne dicit ad tela respiciens proprie sic dicta, h. e. ferrea et igne cusa. Similis ratio adjectivi ἀκραγής est v. 803. ubi gryphes vocantur Ζηνὸς ἀκραγεῖς κύνες. Monuit Schuetzius.

881. κραδία] καρδία E M. Steph.

φόβῳ φρένα] φρένα φόβῳ aliquot codd. et Ald.

φρένα λακτίζει] λακτίζει φρένα Rob.

φρένα] In hoc loco *Diaphragma* significat; quod bene monuit Butlerus. Schol. Venet. ad Il. Λ. 578. φρένας δὲ ὁ ποιητὴς καὶ πάντες οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν τὸ διάφραγμα. Sophocl. Trach. 933. πλευράν ὑφ' ἧπαρ καὶ φρένας πεπληγμένην. Pindar. Nem. 7, 38. ὁ καρτερὸς Αἴας ἔπαξε διὰ φρενῶν λευρὸν ξίφος. BLOMF.

884. γλώσσης ἀκρατής] *Linguæ incontinens.* Sic ἀκρατὴς χειρῶν. ὁ κλέπτης. Phrynich. App. Soph. p. 28. Contra apud Theognid. 480. γλώσσης καρτερός. Lucret. 3, 454. *Claudicat ingenium, delirat lingua.* Paullo aliter Hippocrates Aphor. 7, 40. ἢν ἡ γλῶσσα ἐξαίφνης ἀκρατὴς γένηται, ἢ ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον γίγνεται. Chares ap. Stob. 33. p. 139. Grot. dixit γλώσσης κρατεῖν et Sophocl. El. 1175. BLOMF.

885. παίουσ'] πταίουσ' L.M.

886. στυγνῆς] στυγνοῖς aliquot codd.

887—900. Versus in edd. vett. sic divisi ἦ— | ὃς— | καὶ γλώσσῃ — | ὡς τὸ — | ἀριστεύει — | διαθρ. — | γέννᾳ — | ἐραστεῦσαι — | μήποτε μήποτ' — | λεχέων — | μηδὲ— | ταρβῶ — | εἰσορῶσ' — | δυσπλάγχνοις—πόνων.

887. ἦ σοφὸς] Nicephorus Gregoras Hist. Byzant. p. 644. F. hunc locum et Sophoclis versus Ajac. 646. 647. parum eleganter conjungit. ἀλλὰ γὰρ ἦ σοφὸς ἦν, ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε, καὶ γλώσσᾳ διεμυθολόγησε, τὸν μακρὸν ἅπαντα φύειν τ'

ἄδηλα χρόνον καὶ τὰ φανέντα καλύπτειν. Idem p. 235. ἦ σοφὸς ἦν ἄρ' ἐκεῖνος, ὃς πρῶτος ἐν γ. τ. ἐ. κ. γ. δ. BLOMF.

ὃς Monkius. Legebatur ἦν ὅς. Ab iisdem hoc carmen numeris incipit quibus in initio superioris cantici usus est poeta v. 526.

μηδάμ' ὁ πάντα νέμων
θεῖτ' ἐμᾷ γνώμᾳ κράτος ἀντίπαλον Ζεύς.

888. ἐν γνώμᾳ om. codex Farnesianus ex conjectura Triclinii, cujus hæc est annotatio, περισσὸν ἦν ἐνταῦθα τὸ ἐν γνώμᾳ· διὸ ἐξεβλήθη παρ' ἐμοῦ. ὅμοιον γὰρ χρὴ εἶναι τὸ κῶλον τῷ τῆς ἀντιστρόφου. Qui non animadverterat versus antistrophici lacunam.

γνώμᾳ—γλώσσᾳ] γνώμῃ—γλώσσῃ Ald. Rob.

890. κηδεύειν Eustath. ad Il. Θ, p. 717, 4. Il. I, p. 758, 63. Οὐ πρῶτος Αἰσχύλος εἶπεν, ὡς τὸ κηδεύειν καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακρῷ, τουτέστιν ἄριστόν ἐστιν ἑκάστῳ τὴν αὐτῷ ἐοικυῖαν λαμβάνειν, καὶ μὴ τῶν ὑπερκόμπων γάμων ἐρᾶν, ἀλλὰ πρῶτος Ὅμηρος καὶ αὐτὸ ἐν τοῖς κατὰ τὸν Ἀχιλλέα ἐδίδαξε. Homeri versus est Γήμαντι μνηστὴν ἄλοχον, Ϝεικυῖαν ἄκοιτιν. Pindar. Pyth. 2, 65. a schol. laudatus; Χρὴ δὲ καθ' αὐτὸν αἰεὶ παντὸς ὁρᾶν μέτρον. εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατ' ἀθρόαν ἔβαλον. Æschylum respicere ait scholiasta Pittaci dictum, qui, quum ex eo quæreret quidam utram duceret, uxorem bene dotatam, an pauperem et sibi parem, ad pueros eum dimisit, qui turbines flagellis agitabant et alii aliis dicebant, τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. Atqui hanc sententiam, quæ a schol. A. et a Callimacho in pulcherrimo epigrammate apud D. Laërt. 1, 79. Pittaco tribuitur, alii aliis adsignant. Photii Lex. Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα· τοῦτο οἱ μὲν Πυθικὸν εἶναί φασιν ἀπόφθεγμα· οἱ δὲ Σόλωνος· ἔνιοι δὲ αὐτῶν Χείλωνα εἰπεῖν συμβουλευομένῳ τινὶ, εἰ πλούσιον ἕλοιτο γάμον. Suidas pro Πυθικὸν, Πιττάκου scribit; legendum præterea ἔνιοι δὲ αὐτό. Proverbium sine nomine citat Plutarch. de Pædag. p. 23. Soloni tribuit Ausonius. Chilon. ap. Stob. 68. p. 394. γάμους εὐτελεῖς καὶ ἰσοτίμους ποιεῖν. Notandum est, veteres, quum proverbium incerti auctoris laudent, dicere solere κατὰ τοὺς σοφοὺς, vel ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί, quod sæpe apud Platonem invenias. Theocr. 14, 22. ἔπαιξέ τις, ὡς σοφὸς εἶπεν, ubi videndus omnino D. Heinsius p. 364. Pindar. ap. Plutarch. Consol. ad Apoll. p. 202. Σοφοὶ δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος αἴνη-

σαν περισσῶς. cujus sententiæ auctor incertus fuit, teste schol. ad Eurip. Hippol. 265. Longin. versus fin. νεοττοποιεῖται, κατὰ τοὺς σοφούς. Sophocl. El. 62. ἤδη γὰρ εἶδον πολλάκις καὶ τοὺς σοφοὺς Λόγῳ μάτην θνήσκοντας. i. e. *Philosophos.* BLOMF.

893. χερνῆταν] Χερνήτης, *Qui manuum labore victum quærit.* Χερνῆτις proprie dicitur femina, quæ χειρὶ νήθει, teste Eustathio ad Il. M. p. 912, 38. quæ lanificio victum quærit. Homer. Il. M. 433. γυνὴ χερνῆτις, quod Virgilius ita reddit, *femina—Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva.* Terent. Andr. I. i. 48. *vitam parce ac duriter Agebat, lana ac tela victum quæritans.* Archias in Anthol. 6, 8, 10. de tribus lanificis, Οἷς ἔσχον χέρνητα βίον δηναιὸν, Ἀθάνα Πότνια, ταῦθ' αἱ σαὶ σοὶ θέσαν ἐργάτιδες. Masculino genere dicitur χέρνης vel χερνήτης. Eurip. El. 207. ἐν χέρνησι δόμοις ναίω. BLOMF.

ἐραστεῦσαι] *Appetere.* Verbum alibi vidisse non memini: formatur autem ab ἐραστής, ut ληστεύω a ληστής, μνηστεύω a μνηστής, et similia. BLOMF.

894. Alterum μήποτε omittunt aliquot codd.

μήποτέ μ'] μήποτ' codd. nonnulli et Ald.

895. Indicavi lacunam. Excidisse videtur epitheton aliquod Parcarum, – ᴗ – .

λεχέων Διὸς] Διὸς λεχέων codd. quinque. Διὸς om. aliquot codd. et Ald. Turn.

897. πλαθείην M. et Barocc. Vulgo πλασθείην.

γαμέτᾳ] ἐν C.D.E.M. aliique cum Ald. Rob. Turn.

899. μέγα Schuetzius. με γάμῳ Ald. γάμῳ edd. reliquæ et, ut videtur, codices.

δαπτομέναν] δ' ἀπτομένην Ald.

900. δυσπλάνοις codex Barocc., liber Bigotianus et var. lect. ap. Turnebum. Libri reliqui δυσπλάγχνοις.

ἀλατείαις D. Libri reliqui alii ἀλατείαισι, quod est in M. et Rob., alii ἀλατίαισι, ut Ald. (qui ἁλατίαισι). ἀλατίαισιν Turn.

πόνων om C. et Turn.

902. Delendum ἄφοβος, quod est glossema adjectivi ὁμαλός.

θεῶν in edd. veteribus recte ad versum proximum refertur.

903. ἔρως recte delevit Schuetzius. Est enim glossema proximorum verborum ἄφυκτον ὄμμα.

προσδράκοι Salvinius. προσδάρκοι M. προσδράκῃ Rob. προσ-

δράμοι codd. quattuor. Plerique προσδέρκοι, pauci προσδέρκοισθε cum Ald. προσδέρκοιτο Turn.

με addunt codices et Rob. Turn., omisit Ald.

904. ἀπόλεμος] Ex vulgata hujus versus scriptura nulla elici potest probabilis metri forma. Corrigendum ἀπολέμιστος. Ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν dixit Homerus. Versus autem sic sunt describendi,

ἀπολέμιστος ὅδε γ' ὁ πόλεμος, ἄπορα πόριμος,
οὐδ' ἔχω τίς ἂν γενοίμαν·
τὰν Διὸς γὰρ οὐχ ὁρῶ
μῆτιν ὅπα φύγοιμ' ἄν.

vel, si τὰν ab librariis illatum sit,

οὐδ' ἔχω τίς ἂν γενοίμαν· Διὸς γὰρ οὐχ ὁρῶ— .
–́ ᴗ – ᴗ –́ ᴗ – | –́ ᴗ – ᴗ –́ ᴗ –

Quod probabilius videtur.

ἄπορα] εἰς ἄπορα duodecim minimum codd. et Rob.

905. γενοίμαν] γενοίμην Ald.

906. τὰν—ἂν] Hæc verba in unum versum conjungunt edd. veteres.

907. αὐθάδη φρονῶν C.E.F. aliique nonnulli cum Rob. Vulgo αὐθάδης φρενῶν, consentiente M, in quo tamen syllabæ δη et ρο ab alia manu sunt superscriptæ.

908. οἷον] Recte τοῖον ἐξαρτύεται Robortellus. Ita Noster mox 917. Οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ταῦτ' ἐπαρκέσει τὸ μὴ οὐ Πεσεῖν ἀτίμως πτώματ' οὐκ ἀνασχετά· Τοῖον παλαιστὴν νῦν παρασκευάζεται Ἐπ' αὐτὸς αὐτῷ. Soph. Aj. 560. Οὔτοι σ' Ἀχαιῶν, οἶδα, μήτις ὑβρίσῃ Στυγναῖσι λωβαῖς, οὐδὲ χωρὶς ὄντ' ἐμοῦ· Τοῖον πυλωρὸν φύλακα Τεῦκρον ἀμφὶ σοὶ Λείψω, τροφῆς ἄοκνον ἔμπακ'. Eurip. Hec. 905. Σὺ μὲν, ὦ πατρὶς Ἰλιὰς, Τῶν ἀπορθήτων πόλις οὐκέτι λέξει, Τοῖον Ἑλλάνων νέφος ἀμφὶ σὲ κρύπτει, Δορὶ δὴ δορὶ πέρσαν. Ubi τοῖον metri gratia reposuit Kingius, cum olim legeretur, τοιόνδ' Ἑλλάνων νέφος. Utraque scriptura sententiæ æque convenit, ut ex exemplis nonnullis clarius patebit. Eurip. Med. 717. Παύσω δέ σ' ὄντ' ἄπαιδα, καὶ παίδων γονὰς Σπεῖραί σε θήσω· τοιάδ' οἶδα φάρμακα. Ibid. 787. Κἄνπερ λαβοῦσα κόσμον ἀμφιθῇ χροῒ, Κακῶς ὀλεῖται, πᾶς θ' ὃς ἂν θίγῃ κόρης. Τοιοῖσδε χρίσω φαρμάκοις δωρήματα. Ibid. 1319. Παῦσαι πόνου τοῦδ'· εἰ δ' ἐμοῦ χρείαν ἔχεις, Λέγ' εἴ τι βούλει· χειρὶ δ' οὐ ψαύσεις ποτέ· Τοιόνδ' ὄχημα πατρὸς Ἥλιος πατὴρ Δίδωσιν ἡμῖν, ἔρυμα πολεμίας χερός. Ibid. 1344. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἄν σε μυρίοις ὀνείδεσι Δάκοιμι·

τοιόνδ' ἐμπέφυκέ σοι θράσος. Hoc ideo monendum putavi, quoniam extra significationem jam memoratam raro legitur *τοῖος* apud Atticos poetas. ELM. Sed advocari posset Herodot. 8, 12. *ἐλπίζοντες πάγχυ ἀπολέεσθαι, ἐς οἷα κακὰ ἧκον.* Iliad. X. 347. Eurip. Alc. 267. BLOMF.

910. *θρόνων τ'*] *τ'* om. M. Rob.

δὲ typothetæ error pro *δ'*, quod ex codd. multis et Turn. est repositum. *τ'* M. aliique cum Ald. Particulam om. Rob.

913. *τοιῶνδε*] *τοιόνδε* M.

916. *καθήσθω*] *καθέσθω* E. *καθείσθω* Ald. Rob.

917. *πιστὸς*] *πιστῶς* M.

χεροῖν] *χερὶ* A. Alii quidam *χερσὶ* vel *χερσίν.*

πύρπνουν vel *πυρπνοῦν* B.M. Alii nonnulli *πυριπνοῦν* cum Rob. *πυρίπνουν* D. *πύρπνοον* Ald. Turn.

918. *οὐ* om. codices novem.

920. *τοῖον παλαιστὴν*] Non hic Hercules denotatur, ut putabat P. Brumoy, nunquam enim ille Jovem regno fuit exturbaturus; sed filius nunquam revera natus, nasciturus tamen, si nuptias cum Thetide consummasset Jupiter. HEATH. Recte explicuit scholiasta ad v. 907.

νῦν παρασκευάζεται] *παρασκευάζεται* duo codd. et Ald. Rob.

921. *ἐπ' αὐτὸς*] *αὐτὸς ἐπ'* Rob.

922. *εὑρήσει*] *εὑρήσοι* M. et superscr. in B.

923. *βροντῆς*] Scribendum *βροντάς* cum Blomfieldo.

924. *γῆς τινάκτειραν νόσον* tridentem vocat. Non prorsus dissimile est quod Sophocles Antig. 421. de turbine dixit, *μύσαντες δ' εἴχομεν θείαν νόσον.* ubi Æschyli dictum comparavit Erfurdtius.

925. *τὴν*] *τοῦ* Rob.

926. *κακῷ*] *κακῶν* aliquot codd. *κακῶν* M.

927. *ὅσον*] *ὅσσον* M. Rob.

928. *σύ θην*] Scribebatur *σὺ θήν.* *σὺ θὴν* M.

ἐπιγλωσσᾷ] *Effutis adversus*—. Hesych. *Ἐπιγλωσσώμεναι· ἐπιλαλοῦσαι. Ἐπιγλωσσῶ· ἐποιωνίζου διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις.* Scholiasta noster, *ἐποιωνίζῃ κατὰ τοῦ Διὸς ἃ βούλῃ γενέσθαι αὐτῷ.* Choeph. 1043. *μήτ' ἐπιγλωσσῶ κακά.* Aristoph. Lysistr. 37. *Περὶ τῶν Ἀθηνῶν οὐκ ἐπιγλωττήσομαι Τοιοῦτον οὐδέν.* BLOMF.

930. *Ζηνός τινα* pars codicum et Rob. Alii *Διός τινα*, quod est in Ald. Turn. Pauci *τινὰ Διός*. Æschylus haud dubie *Διὸς τινά* scripsit.

931. *τῶνδέ γ' ἕξει*] *τῶνδε δ' ἕξει* Rob. *τῶνδε ἕξει* vel *τῶνδ' ἕξει* aliquot codd.

932. *δ'* ex septem codicibus additum.

933. *δ' ἂν*] *δαὶ* M.

934. *τοῦδε γ' ἀλγίω πόροι*] Malim, *τοῦδ' ἔτ' ἀλγίω*. Noster Pers. 438. *Καὶ τίς γένοιτ' ἂν τῆσδ' ἔτ' ἐχθίων τύχη;* Soph. El. 1189. *Καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τῶνδ' ἔτ' ἐχθίω βλέπειν;* Ita recte post Canterum Brunckius. Alii *τῶνδέ τ' ἐχθίω*. ELM. Recte Elmsleius.

935. *ὁ δ' οὖν* Elmsleius. Vulgo *ὅδ' οὖν*. Vid. ad Soph. Ajac. 961.

936. *'Αδράστειαν*] Eadem fuit ac *Νέμεσις*, temperantiæ Dea. "Ad vitandam invidiam Græci solebant dicere, *προσκυνῶ τὴν Νέμεσιν*. Demosth. adv. Aristogit. 1. p. 495. *Καὶ 'Αδράστειαν μὲν ἄνθρωπος ὢν ἔγωγε προσκυνῶ*. Plato de Rep. 5. *Προσκυνῶ δὲ 'Αδράστειαν, ὦ Γλαύκων, χάριν οὗ μέλλω λέγειν.*" Giacomellius. (Sophocl. Phil. 776. *τὸν φθόνον δὲ πρόσκυσον.*) Auctor Rhesi 468. *σὺν δ' 'Αδραστείᾳ λέγω*. Alciphron Ep. 1, 33. *προσκυνῶ δὲ τὴν Νέμεσιν*. De nominis origine varia tradunt grammatici. Antimachus (apud Strabon. 13. p. 588. Harpocrat. et Suid. in v. Eustath. ad Il. B. p. 355, 12. M. Apostol. 1, 40.) tradit Nemesin ita nominatam fuisse, quia primus in honorem ejus aram dedicaverat Adrastus. Antimachi versus hi sunt. *Ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεὸς, ἣ τάδε πάντα Πρὸς μακάρων ἔλαχεν, βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος Ἄδρηστος ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο, Ἔνθα τετίμηταί τε καὶ 'Αδρήστεια καλεῖται.* Huc respicit Callimachus apud schol. Apoll. Rhod. 1, 1116. *Ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν ἐν Ὑπομνήμασι, Νέμεσιν εἶναι τὴν τὸ πεδίον κατέχουσαν.* (sc. campum Adrasteæ). subjungit scholiasta, *ἔστι δὲ καὶ πόλις καλουμένη 'Αδρήστεια ἀπὸ τοῦ ἱδρυσαμένου.* Demetrius vero *ὁ Σκήψιος*, apud Suidam, *Ἀρτεμίν φησιν εἶναι τὴν 'Αδράστειαν, ὑπὸ 'Αδράστου τινὸς ἱδρυμένην*, ita enim Suidas et Harpocration ex M. Apostolio corrigendi sunt. Alia insistit via Cornutus De Nat. Deor. 13. qui Atropon et Adrasteam unam esse ait; *Αὕτη δέ* (sc. *ἡ Ἄτροπος*) *ἐστι καὶ 'Αδράστεια· ἤτοι παρὰ τὸ ἄφυκτος καὶ ἀναπόδραστος εἶναι ὠνομασμένη, ἢ παρὰ*

τὸ ἀεὶ δρᾶν τὰ κατ' αὐτὴν, ὡσανεὶ ἀειδράστεια οὖσα. quoad postrema, satis absurde. Priora desumsit ex Aristotele de Mundo p. 475. G. Stob. Ecl. 1. p. 190. ed. Heeren. Eadem habet scholiasta Platonis ed. Ruhnken. p. 161. Hesych. *Ἀδραστία. ἡ Νέμεσις, ἣν οὐκ ἄν τις ἀποδράσειεν.* Hermias in Comm. MS. in Platonis Phædrum apud Hermann. ad Orphica p. 506. *Ἀδράστεια κεκλημένη, διὰ τὸ τὰ ὑπ' αὐτῆς τεθέντα καὶ νομοθετηθέντα ἀναπόδραστα εἶναι.* uti nomen intellexit sophista nescio quis apud Suid. v. *Διονυσίων σκωμμάτων. Θεοῦ ὄπιν οὐκ ἀλέγων, οὐδὲ κατεπτηχὼς Ἀδράστειαν ἄφυκτον.* unde partem hexametri et hexametrum integrum facili mutatione quis effinxerit. BLOMF.

937. *θῶπτε*] *θώπευε* aliquot codd. et Ald.

940. *δαρὸν*] *δηρὸν* duo codd.

945. *εἰς*] Scribendum *ἐς*. Comma post *θεοὺς* delendum. Nam cohærent participia *ἐξαμαρτόντα πορόντα*, *qui peccavit eo quod præbuit.*

ἐφημέροις octo codices. *τὸν ἐφημέροις* vulgo. *τὸν ἡμέροις* M. aliique nonnulli. Articulus ab librariis additus, qui non intelligerent quam modo explicuimus duorum participiorum constructionem.

948. *τ'*] *γ'* Cantabr. unus. Particulam recte delet Elmsleius.

950. *ἕκαστ' ἔκφραζε*] *ἕκαστα φράζε* M. aliique nonnulli et Rob. *αὖθ' ἕκαστα* autem in libris aliis sic, in aliis *αὖθ' ἕκαστα*, in aliis conjunctim *αὐθέκαστα* scriptum.

953. *γε*] *τε* B. Turn.

954. *θεῶν*] *Διὸς* Rob.

956. Laudat Eustath. ad Il. Δ. p. 503, 5. Servius ad Æn. 1, 99. "Ex quibus omnia alta ædificia *pergama* vocantur, sicut Æschylus." BLOMF.

958. *κοιρανοῦντ'* A.B.M. aliique. Pauci *τυραννοῦντ'* ut Ald. Rob. Turn.

961. *γε*] *δὲ* M. Barocc. Ald.

963. *πεύσει*] *πεύσῃ* libri.

ἀνιστορεῖς E. aliique nonnulli. *ἂν ἱστορεῖς* M. et plerique cum Ald. Rob. *ἂν ἱστορῇς* Turn.

965. *καθώρμισας*] *καθώροσας* M. Rob. Similia paucorum quorundam codicum vitia sunt *καθώρουσας, κατώρουσας, κατώροσας, κατόρουσας, καθώρισας, κατήγαγες.*

969. *φῦναι*] *φῆναι* M. aliique nonnulli cum Ald. Turn. *φυῆναι* utraque scriptura conjuncta Vindob. duo.

πιστὸν] *πιστόν γ'* M.

971. *πράγμασι*] *πήμασι* Ald. Rob. Turn. Correctum ex A.B.M. aliisque plurimis et Thoma M. s. v. *χλιδῶ*.

974. *ξυμφοραῖς*] *συμφοραῖς* libri, nisi quod *συμφορᾶς* D, quod ex conjectura posuit Valcken. ad Eurip. Phœn. 632.

975. *ἐχθαίρω*] *ἐχθραίνω* D. N. et Turn. contra morem Atticorum, de quo v. Porson. ad Eurip. Orest. 292. "Prometheus Aristophaneus Av. 1547. ait, *μισῶ δ' ἅπαντας τοὺς θεούς, ὡς οἶσθα σύ.*" BLOMF.

977. *σμικρὰν* Brunckius. *μικρὰν* libri.

979. *πράσσοις*] *πράσσεις* aliquot codd. et Ald.

980. *ὤμοι*] *οἴμοι* Elmsleius.

985. *γ'*] *δ'* Rob.

986. *παῖδ' ὄντα με*] *παῖδά με* M. Vindob. duo, Steph.

988. *πευσεῖσθαι*] Scribendum *πεύσεσθαι* ex N. *πεύσεσθαι* (ει supra) D. Vid. ad Aristoph. Acharn. 203.

990. *προτρέψεται*] *προστρέψεται* M, sed correctum in margine ab alia manu.

992. *αἰθαλοῦσσα* Canterus. Vulgo *αἰθαλὸῦσα*. *αἰθάλλουσα* A.B.M. adsrcipto in margine M. *γρ. αἰθεροῦσσα*.

993. *λευκοπτέρῳ δὲ νιφάδι*] *λευκοπτέροις δὲ νιφάσι* aliquot codices.

995. *γνάμψει*] *γνάψει* duo codices.

φράσαι] *φράσειν* M.

997. *νυν* Turn. *νῦν* Ald. Rob.

998. *ὦπται*] *ὦ παῖ* M. et var. lect. apud Turnebum. *ὦπται δὴ ταῦτα καὶ βεβούλευται πάλαι* Rob.

1002. *σε μ.*] *σ' ἔννοια μ.* aliquot codd.

μήποθ'] *μηπάθ'* M, sed *μήποθ'* in margine.

1005. *χερῶν*] *χειρῶν* Ald. Rob.

1007. *καὶ μάτην ἐρεῖν*] *γρ. ἀλλ' ἐρεῖν μάτην* margo M.

1008. *τέγγει—μαλθάσσει*] *τέγγῃ—μαλθάσσῃ* (vel *μαλθάσῃ*) libri.

κέαρ λιταῖς Rob. *λιταῖς ἐμαῖς* libri reliqui.

1010. 1011. *βιάζει—μάχει—σφοδρύνει*] *—ῃ* ter libri.

1011. *σφοδρύνει*] *Ferocis*. Vocem non alibi apud auctores bonæ notæ vidisse memini. BLOMF. *σοφίζῃ* Rob.

1013. *μεῖον* Stanleius. Libri *μεῖζον*. Non intellexerunt li-

brarii *οὐδενὸς μεῖον* hyperbolice dictum esse ut *ἔλασσον ἢ μηδὲν* v. 938.

1014. *ἐὰν μὴ τοῖς*] Paucorum codicum vitia sunt *ἂν μὴ τοῖς, ἂν εἰ μὴ τοῖς, ἂν οὐ μὴ τοῖς*. In Ald. *ἐὰν τοῖς*.

πεισθῇς] *πείθῃ* aliquot codd.

1015. *τρικυμία*, *Fluctus decumanus*, ut dicebant Latini; tertius enim quisque fluctus maximus esse vulgo credebatur, vel, ut Festus tradit, decimus. Plato de Rep. 5. p. 472 A. *δύω κύματε ἐκφυγόντι τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τρικυμίας ἐπάγεις*. Plutarch. de Sera Num. Vind. p. 975. *Τί γὰρ δεῖ τὸ τρίτον ἐπενεγκεῖν κῦμα, καὶ προσκατακλύσαι τὸν λόγον, εἰ τὰ πρότερα μὴ δυνατός ἐστι διώσασθαι*; Menander apud Alexandrum inter Rhetores ab Aldo editos 1508. 1. p. 578. a Porsono indicatus, *Ἑτέραν περιμεῖναι, χἀτέραν τρικυμίαν*. Eurip. Hippol. 1213. *Αὐτῷ δὲ σὺν κλύδωνι καὶ τρικυμίᾳ, Κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον, ἄγριον τέρας*. Troad. 82. *Αἰγαῖον πόρον Τρικυμίαις βρέμοντα*. Lycophr. 476. *λαβρῶς σαλεύων πᾶν τρικυμίᾳ πέδον*. Joseph. Macch. 7. *καταντλούμενος ταῖς τῶν βασάνων τρικυμίαις*. Marinus Vita Procli p. 35. *ἐν ζάλῃ γὰρ παρελθὼν καὶ τρικυμίᾳ πραγμάτων*. ubi vid. Boissonad. Hipparchus Pythagoreus ap. Stobæum, (Galei p. 19.) *οὔτε δυνάμενοι κατανοῆσαι τόν τε τῶν παρεόντων βίον, καὶ τὸν τῶν παρεστακότων, ἐν ὅσαις συμφοραῖς καὶ κακῶν τρικυμίαις καὶ νῦν ἐντὶ πολλοὶ, καὶ πρὸ τοῦ ἐγένοντο*. Scholiasta Pindari Isthm. I. 52. *καὶ Ἀλκαῖος τὴν δυστυχίαν χειμῶνα καὶ τρικυμίαν λέγει*. ubi plane legendum est *Αἰσχύλος*; nam sunt ipsa nostri verba. Aristænet. Ep. 1, 17. *καὶ τρικυμίας τὸν τρόπον τῆς ἀστάτου σαλεύεις*. quod de *τρικυμίᾳ* absurde dictum est; etsi *θάλασσα* dicitur *ἄστατος* comico ap. Dion. Chrysost. Orat. 32. Ed. Sambuci *τρικυμίαις*; unde suspicor legendum esse, *καὶ τρικυμίαις, τρόπον νηὸς ἀστάτου, σαλεύεις*, sequitur enim *κοινὴ γὰρ ναῦς, κοινὸς κίνδυνος· ὁ παροιμιώδης διετάξατο λόγος*. Alciphron Ep. 1, 3. p. 18. *τὸ τὰς τρικυμίας καὶ τοὺς ἐκ βύθου κινδύνους ἀγνοῆσαι*. Firmus Episcop. Cæsar. in Epist. ap. Murator. Anecdot. T. 5. p. 292. *Ἐκ χειμῶνος καὶ τρικυμίας γαλήνην εἶδον καὶ ἡμέραν, τὸ τοῦ λόγου, λευκήν*. ubi respicit non modo Promethei versum, sed Eurip. Orest. 273. et proverbium *λευκὴ ἡμέρα*. quo usus est Eupolis in *Κόλαξι*. BLOMF.

1016. *ἄφυκτος*] *ἀφύκτῶς* (superscr. *ος*) M.

ὀκρίδα] *ἀκρίδα* Ald. Rob.

1017. *κεραυνίᾳ*] *κεραυνίῳ* Viteb. recte fortasse.

1019. *πετραία δ' ἀγκάλη*] *πετραίᾳ δ' ἀγκάλῃ* Ald. Rob.

1021. *ἄψορρον, retrorsum.* Sophocl. Œd. T. 431. et alibi *ἄψορρος.* Formatum videtur ex *ἄψ retro* et *ὄρρος cauda.* Scholiasta tamen Venetus ad Il. H. 413. ab *ὄρω suscito* ducit. Erotianus p. 17, 17. videtur trahere ex *ἀψόρροον, τὸ εἰς τοὐπίσω ῥέον.* BLOMF. Qui *ἄψορρος* conjecit. Frustra: Soph. Electr. 53. *ἄψορρον ἥξομεν πάλιν.*

ἐς] *εἰς* aliquot codices.

1022. *αἰετὸς*] Scribendum *ἀετὸς* cum Porsono.

λάβρως] *λάβρος* A.B. aliique nonnulli.

1024. *δαιταλεὺς πανήμερος*] *Per totum diem conviva.* non *conviva quotidianus*, quomodo verterunt interpretes. quibuscum facere videtur Apollodorus p. 40. ed. Heyn. Recte schol. B. *Ἴσθι δὲ ὡς διὰ πάσης τῆς ἡμέρας τὸ Προμηθέως ἧπαρ τῷ ἀετῷ βιβρωσκόμενον, ἀνεπληροῦτο πάλιν νυκτὶ, καὶ ἄρτιον ἦν,* quod ex Pherecyde didicit, qui in secundo libro ap. schol. in Apoll. Rhod. 2. 1252. ait, *ὅτι ὁ ἀετὸς ἤσθιεν τῆς ἡμέρας τοῦ ἥπατος· τὸ δὲ λειπόμενον ηὔξετο τῆς νυκτὸς καὶ ἐγένετο ἴσον.* totam de aquila Promethea mythologiam doctissime ibidem narrat scholiasta. Et quidem Noster in Prometheo Soluto dicit aquilam tertio quoque die advolare: cf. Accius in Prometheo apud Cicer. Tusc. 2, 10. *Jam tertio me quoque funesto die Jovis satelles pastu dilaniat fero.* *πανῆμαρ,* et *πανημέριος* pro *toto die* apud Homerum ponuntur; et *πανάμερος* apud Sophocl. Trachin. 662. quod male intellexit Musgravius. Aristoph. Ran. 387. *πανήμερον παῖσαι.* BLOMF.

1026. *τοιοῦδε*] *τοῦ σοῦ δὲ* aliquot codd.

μή τι] *μή τοι* M. et tres alii.

1028. *θελήσῃ*] *θελήσει* aliquot codd. et Ald. Rob.

εἰς om. M.

ἀναύγητον] *ἀναύγητον* (δ superscr.) M.

1031. *ὁ* om. aliquot codd. et Ald. Rob.

1033. *δῖον*] Scribendum *Δῖον.*

τελεῖ] *τελεῖν* aliquot codd. et Ald.

1036. *ἄκαιρα*] *ἀναγκαῖα* Ald.

1039. *πείθου*] Scribendum *πιθοῦ* ex quattuor codicibus.

1040. *τοι* om. aliquot codd. et Rob.

1043. *ἐπ' ἐμοὶ*] *ἐπί μοι* M. *ἐπ'* om. duo codd. et Ald.

1045. Monometrum hic et paullo post feci. Vulgo totum systema in dimetros descriptum.

1049. ξυγχώσειεν] συγχώσειεν M. συγχώσειε Turn. Aliorum librorum corruptelæ sunt συγχώσει' ἐμὲ, συγχώσειεν ἐμὲ, quod est in Ald., συγχώσει ἐμὲ, συγχώσει με, quod habet Rob., συγχώσειέ με.

1057. ἢ τοῦδε τύχη] εἰ τοῦδ' εὐτυχῆ M. Alii plurimi εἰ τάδ' εὐτυχῆ, quod in margine M. manus recentior adscripsit: et sic Ald. Rob. Pauci codices εἰ δὲ τάδ' εὐτυχῆ, unus alterve εἶτα δ' εὐτυχῆ, εἰ τάδ' ἀτυχῆ, εἰ δ' εὐτυχεῖ. εἰ δ' εὐτυχῆ Turn. Quæ ineptæ sunt depravatæ scripturæ εἰ τοῦδ' εὐτυχῆ correctiones. Restitui ἢ τοῦδε τύχη. Nam τοῦδε propterea est necessarium, quia ab sententia communi, quæ præcedentibus versibus continetur, ad Promethei fortunam, cui nihil ad mentis alienationem deesse ait, orationem deflectit Mercurius.

1058. γ' αἰ] γε M. aliique cum Ald. Rob.

1059. ξυγκ- Porsonus. συγκ- libri.

1060. που] Scribendum ποι cum Jacobo Tatio.

1061. ὑμῶν] ὑμῖν Viteb.

1068. προδότας γὰρ] γὰρ προδότας Bothius. Quo non opus.

1071. ἁγὼ Porsonus. Libri vel ἅττ' ἐγὼ, quod est in M., vel ἅτ' ἐγώ. ἅττα ἐγὼ Rob.

1074. ὑμᾶς] ἡμᾶς codd. nonnulli.

1075. Monometrum hic et infra restitui. Vulgo hæc omnia in dimetros descripta.

1077. κοὐκ] οὐκ aliquot codd. et Ald. καὶ οὐκ M. Rob.

1078. ἀπέραντον] ἀπέρατον M. ν ab alia manu adscripto.

1080. μύθῳ] λόγῳ duo codd.

1082. Æschylus respexisse videtur Hesiodum, si modo ejus sint versus de Titanomachia, Theogon. 706. σὺν δ' ἄνεμοι ἐνοσίν τε κόνιν θ' ἅμα ἐσφαράγιζον, Βροντήν τε, στεροπήν τε, καὶ αἰθαλόεντα κεραυνὸν, Κῆλα Διὸς μεγάλοιο. Digni sunt qui conferantur Pacuvii versus trochaici apud Cicer. de Orat. 3, 39. *inhorrescit mare, Tenebræ conduplicantur, noctisque et nimbum occæcat nigror; Flamma inter nubes coruscat, cælum tonitru contremit, Grando mista imbri largifluo subita præcipitans cadit: Undique omnes venti erumpunt, sævi existunt turbines: Fervit æstu pelagus.* BLOMF.

1085. κόνιν] Bentleius Dissert. de Phalarid. p. 135. primus

monuit κόνιν ultimam producere. Butlerus affert Choeph. 926. τόνδ᾽ ὄφιν ἐθρεψάμην. et Suppl. 179. ὁρῶ κόνιν ἄναυδον ἄγγελον στρατοῦ. Adjici potest ejusdem fabulæ v. 780. κόνις ἄτερθε πτερύγων ὀλοίμαν. BLOMF.

1085. 1092. εἱλίσσουσι—εἱλίσσων] ἑλίσσουσιν—ἑλίσσων M. aliique et Ald. Rob.

1087. ἀποδεικνύμενα] ἀντιδεικνύμενα aliquot codd. et Rob.

SEPTEMTEM ADVERSUS THEBAS.

C. G. Schuetzii Prolegomena.

LAIUS, Labdaci filius, rex Thebanorum, Jocastam[a], secundum quosdam Creontis[b], secundum alios Menœcei[c] filiam in matrimonium duxit. Epimenides vero[d] eum Eurycleam Ecphantis filiam duxisse tradidit; alii utramque, Eurycleam et Jocastam, uxores habuisse.

Quum igitur Laius prole conjugium carere ægre ferens Apollinis oraculum consuluisset, responsum tulit, quod eum a procreandis liberis absterreret. Æschylus ter eum monitum ab oraculo esse fingit, si sine liberis moreretur, patriam salvam fore. Alii diserte ei prædictum memorant, si filium gigneret, eum, qui nasciturus esset parricidam futurum[e]. Addit etiam Euripides[f], universam ejus domum sanguinolenta cæde interituram.

Causæ, cur oraculo non paruerit Laius, varie narrantur. Oblivioni Diodorus culpam tribuit[g]; Euripides libidini et ebrietati[h]; Apollodorus quoque per ebrietatem cum uxore concubuisse scribit. At Æschylus, malis et imprudentibus amicorum consiliis permotum esse, ut oraculum negligeret. Non defuerunt tamen, qui Laii cædem a Pelopis diris repeterent, quibus hic illum, filio Chrysippo, cujus amore incensus esset, rapto, devovisset[i].

Natum sibi e Jocasta infantem, Laius pastori cuidam trajectis ferrea fibula pedibus exponendum dedit, a quo quidem

[a] Aliis Epicastam, Homer. Apollodor. 3, 5, 7. [b] Diod. Sic. 4, 64. [c] Eurip. Phœniss. v. 10. [d] Schol. ad Eurip. Phœniss. v. 13. [e] Apollodor. 3, 5, 7. [f] Phœniss. v. 20. Sic et Diodor. Sic. l. c. [g] Ibid. [h] l. l. v. 21. [i] Schol. ad Eurip. Phœniss. v. 66.

in Cithærone monte expositus est. Hanc fabulæ partem silentio præteriit Æschylus in hac tragœdia; adhibuerunt vero Sophocles[k] et Euripides[l].

Expositum Laii infantem Polybi Corinthiorum regis bubulci ad Peribœam illius uxorem contulerunt, quæ acceptum ab iis puerum, ut proprium puerum educavit, Œdipumque a pedum tumore nominavit[m].

Adultus interea Œdipus, ob invidiam ab æqualibus, quod spurius esset, conviciis lacessitus, quum a Peribœa, quid verum esset, cognoscere non posset, Delphos profectus est, de veris parentibus Apollinem interrogaturus. A quo ne in patriam rediret, monitus, quod ei fatale esset, patrem occidere, et cum matre concumbere; Œdipus, quod se ab iis, qui dicerentur, prognatum esse crederet, Corinthum redire noluit; quumque per Phocidem veheretur, angusta quadam in via Laio, ejusque Præconi Polyphontæ occurrit; cui quum Polyphontes, ut de via cederet, imperasset, altercatione orta, tandem Œdipus Laium et Polyphontem interfecit[n]. Æschylus hoc factum leviter tangit v. 751.

Post quum Sphinx illa cives Thebanos infestaret, eamque Œdipus sustulisset[o], rex Thebanorum declaratus, Jocastam uxorem ducit. Pherecydes autem[p] memoriæ prodiderat, Œdipum e Jocastæ connubio Phrastorem et Laonytum, qui a Minyis et Ergino occisi sint; postea vero ex Euryganeæ conjugio Antigonen, Ismenen, Eteoclem et Polynicem suscepisse. Mortua denique Euryganea Œdipum cum Astymedusa Stheneli filia nuptias contraxisse.

Œdipus, postquam piacula, quamvis ab inscio et imprudente sibi contracta cognoverat, secundum Æschylum, filiis regnum invadentibus Thebis profugit, atque antequam in exilio moreretur, eos diris devovet, utque ferro de regno decertarent, precatur. Id eum Æschylus propterea fecisse fingit, quod filiis ob nimiam regnandi libidinem succensuerit. Sophocles vero in Œdipo Coloneo[q] hanc causam affert, quod filii patrem patria pulsum nec retinuerint, nec defenderint, eumque

k In Œdip. Tyr. v. 1135 sqq. l Phœniss. v. 24. m Eurip. Diodor. Sic. Apollodor. ll. ll. n Sic Apollodorus, et Euripides, paucis aliter informatis, ll. cc. Consentit etiam Diodorus. o Fabulam illam de Sphingis ænigmate Æschylus præteriit, tantumque eam ἀναρπαξάνδραν ab Œdipo sublatam esse memoravit. p Teste schol. ad Eurip. Phœniss. v. 53. q v. 417. sqq.

exulem nec auxilio sublevarint, nec vitæ subsidia præbuerint. Euripides in Phœnissis ob turpitudinem incestuosi cum Jocasta connubii Œdipum a filiis custodia inclusum fuisse, narrat, ideoque eum animi ægritudine laborantem diras filiis imprecatum esse[r]. Ineptam vero dirarum causam a cyclicæ Thebaidos auctore confictam, e schol. Sophocl. commemoravimus ad v. 786; qua tamen haud scio an etiam ineptior sit, quam Athenæus[s] ex alio Thebaicorum scriptore affert, Œdipum filios ideo exsecratum, quod sibi pocula, quæ aversatus esset, apposuerint.

Æschylus Œdipum ante filios mortuum esse, Sophocles vero et Euripides iis superstitem fuisse; et ille quidem jam ante horum cædem exulasse, hic vero demum occisis iis a Creonte Thebis expulsum fuisse finxit.

De mortis genere et sepulcro haud magis inter se consentiunt auctores. Sunt qui se ipsum occidisse perhibeant[t]; alii morbo et mœrore exstinctum narrant[u]. Sepulcrum Œdipi Æschylus quidem Thebis ponere videtur. Cf. v. 914. 1004. At Pausanias intra septum Areopagi Athenis Œdipi monumentum, eoque ossa ejus Thebis deportata fuisse scribit[x]. Aliam vero fabulam satis prolixam contexuit Lysimachus, quam refert schol. ad Sophocl. Œdip. Col. v. 62.

In Polynicis sepultura, quæ quum a senatu Thebanorum vetita esset, Antigonæ occasionem pulcherrimam facit amabilem fratris amorem, egregiamque animi indolem demonstrandi, æmulos habuit Æschylus Sophoclem in Antigone, et in Phœnissis Euripidem, eorumque ingenia, ut quid in eodem argumento efficere possent, experirentur, excitavit.—SCHUETZIUS.

De tempore hujus fabulæ tantum compertum habemus, posteriorem Persis, i. e. post olymp. 76, 4. editam esse. Aristophanes enim quum in Ranis[y] hanc tragœdiam ita memoret

[r] v. 65. sq. Similiter fere Stat. Thebaid. 1, 238. sqq. Fulgentius autem Œdipi diras silentio præteriit, fab. 67. 68. [s] Deipnosoph. 11. p. 465. [t] Fulgent. fab. 242. [u] In hanc partem concedere videtur Apollodor. lib. 2. [Hoc non sequitur ex verbis Apollodori 3, 5 extr.: *προσδεχθεὶς ὑπὸ Θησέως—μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀπέθανεν.*] [x] Lib. 1. c. 28. p. 69. ed. Kühn.

[y] Vers. 1019—1027.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

καὶ τί σὺ δράσας οὕτως αὐτοὺς γενναίους ἐξεδίδαξας;
Αἰσχύλε, λέξον, μηδ' αὐθαδῶς σεμνυνόμενος χαλέπαινε.

ΑΙΣ-

ut ante Persas actam significare videatur, scholiasta ad v. 1053. contrarium his verbis docuit, οἱ Πέρσαι πρότερον δεδιδαγμένοι εἰσὶν, εἶτα οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας· νῦν δὲ τὸ ὕστερον προτέρως εἶπε. πλὴν οὐδὲ τῷ ποιητῇ ἐγκλητέον (οὐδὲ γάρ ἐστιν ἀκριβῶσαι τὸ τοιοῦτον) οὐδὲ τοῖς ἀπελέγχουσιν αὐτόν. G. DINDORF. Ipse Aristophanes Æschylum introducit de hac tragœdia gloriantem: neque mirum, cum in ea militaris animi virtus et motus bellici optime sint expressi, quos, cum ederetur, Telestes ludio ad vivum repræsentavit. Athenæus 1. p. 22 A. Ἀριστοκλῆς γοῦν φησιν ὅτι Τελέστης ὁ Αἰσχύλου ὀρχηστὴς οὕτως ἦν τεχνίτης, ὥστε ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι τοὺς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας φανερὰ ποιῆσαι τὰ πράγματα δι' ὀρχήσεως. Affinis est argumenti cum Euripidis Phœnissis. Scripsit postea Amphis eo nomine comœdiam, Athenæo laudatam 7. p. 295 E. STANL.

Nomen hujus tragœdiæ ab aliis Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, ab aliis Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις scribitur. Et ἑπτὰ quidem ἐπὶ Θήβαις legitur in MSS. et edd. consentientibus Justino qui dicitur in *Quæstionibus et Respons. ad Orthodoxos* qu. 146. et Clem. Alex. Strom. 1. p. 401. ed. Oxon. Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας vero scribunt Diodorus, Apollodorus, Aristoteles Metaphys. 12, 6, Clemens Alex. l. l. p. 400, Eustath. ad Homer. p. 146, 12. 489, 8. 809, 37. 1596, 26. Denique ita fabulam hanc citant Aristophanes in Ran. v. 1053, Plutarchus Sympos. 7, 10. p. 715. Athenæus, Longinus περὶ Ὕψους s. 15, quæ loca post alios congessit Burtonus. SCH. Omnes ante Porsonianam editiones habent Θήβαις; atque ita quidem schol. Eurip. Phœniss. 755. [748 Matth.] Longin. π. ὑ. §. 15. cujus tamen MS. Paris. accusativum exhibet. Philem. ap. Stobæum 57, 7. Οἱ δ' ἕπτ' ἐπὶ Θήβας ἐστράτευσάν μοι δοκῶ. Schol. Aristoph. Lysistr. 189. Θήβαις. sed MS. optimæ notæ cujus apographum in Biblioth. Coll. SS. Trinitat. apud Cantabrigienses adservatur, præbet Θήβας. Item pro tertio casu, qui legitur in schol.

ΑΙΣΧΥΛΟΣ.

δρᾶμα ποιήσας Ἄρεως μεστόν. ΔΙ. ποῖον; ΑΙ. τοὺς ἕπτ' ἐπὶ Θήβας·
ὃ θεασάμενος πᾶς ἄν τις ἀνὴρ ἠράσθη δάϊος εἶναι.
ΔΙ. τουτὶ μέν σοι κακὸν εἴργασται· Θηβαίους γὰρ πεποίηκας
ἀνδρειοτέρους εἰς τὸν πόλεμον· καὶ τούτου γ' οὕνεκα τύπτου.
ΑΙ. ἀλλ' ὑμῖν αὔτ' ἐξῆν ἀσκεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοῦτ' ἐτράπεσθε.
εἶτα διδάξας Πέρσας μετὰ τοῦτ' ἐπιθυμεῖν ἐξεδίδαξα
νικᾶν ἀεὶ τοὺς ἀντιπάλους, κοσμήσας ἔργον ἄριστον.

222. ἁπτόμενον] γρ. τυφόμενον, οἷον καιόμενον πολεμίων πυρί margo M. τυφόμενον si recte haberet, στράτευμ' in στρατὸν mutandum foret. Sed est illud τυφόμενον glossema grammatici, qui verbum desideraret utrique nomini, πόλιν καὶ στράτευμα, accommodatius quam ἁπτόμενον, quod de urbe aptius dicitur quam de exercitu. Versus ex dactylo et dochmio compositus.

223. βουλεύου] συμβουλεύου Ald. Quod qui scripsit σὺ βουλεύου voluit.

224. Πειθαρχία] *Obedientia.* Stanleius citat Sophocl. Antig. 675. τῶν δ' ὀρθουμένων Σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία. Pulcre autem dicitur εὐπραξίας μήτηρ. Theognis 384. πενίης Μητέρ' ἀμηχανίην. Ecphantus Pythagoreus apud Stob. p. 302. ed. Trincav. ἁ γὰρ πολυτέλεια μάτηρ τᾶς ἀκρασίας. Sophocl. Ajac. 173. Ὦ μεγάλα φάτις, ὦ μᾶτερ αἰσχύνας ἐμᾶς. Eurip. apud Stob. 49. p. 187. Grot. Ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ. Pseudo-Ignatius p. 80. ed. Voss. μήτηρ τῆς ἐνδείας ἡ ἀργία. Incertus ap. Rutil. Lup. pag. 90. *Crudelitatis mater est avaritia, et pater furor.* Cf. Agam. 759. Eumen. 531. Adjice Alcman. ap. Plutarch. p. 318 A. Τύχη—Εὐνομίας καὶ Πειθοῦς ἀδελφὴ, καὶ Προμηθείας θυγατήρ. BLOMF.

225. γυνὴ σωτῆρος] Scribendum γονῆς σωτῆρος cum Hermanno Opusc. vol. 4. p. 335. commate post μήτηρ posito. Sic γονή in loco quodam Sophoclis (fragm. 547.) in γυνή jam antiquitus corruptum notavit Hesychius s. v. Ἰλλυρὶς γονή.

ὧδ' ἔχει λόγος] *Habes meam sententiam* recte interpretatur Schuetzius. Similiter Agam. 1661. ὧδ' ἔχει λόγος γυναικὸς, εἴ τις ἀξιοῖ παθεῖν. De numeri ratione dictum est Pers. 343. ubi nuntius enumeratis Græcorum et Persarum copiis hæc in fine verba addit, ὧδ' ἔχει λόγος.

226. ἔστι] Pro ἀληθές ἐστι accipit scholiasta, cujus in codice post ἔστι interpunctum fuit. Male.

θεοῖς] θεοῦ (οῖς) M. θεοῦ L. Pluralem legit Marcellinus qui hujus loci sententiam reddidit in Vita Thucyd. p. 2. ed. Duk. (viii. Bekk.)

227. τὸν] τὰν libri. Correctum ex Marcellino.

ἀμήχανον] Formam Doricam ἀμάχανον recte restituit Blomfieldus.

228. *κὰκ* M. aliique multi et Rob. Alii *ἐκ* cum Ald. Turn. *καὶ* Marcellinus.

ὕπερθ'] *ὑπέρ τε* Marcellinus.

229. *κρημναμενᾶν νεφελᾶν*] *κρημναμέναν νεφέλαν* codices plerique et Turn. quod constans fere in hujusmodi genitivis accentus vitium est, hic ab Seidlero correctum, duce Marcellino, qui *κρημναμένων νεφελῶν* scripsit. *κρημναμένην νεφέλαν* Ald. Rob.

230. *ἐστὶ*] *ἔχει* Rob.

231. *πειρωμένων*] *πειρωμένοις* (ων superscr.) M.

232. *εἴσω*] *ἔσω* A.B.

233—235 = 239—241.

233. *ἀδάματον* Pauwius. *ἀδάμαστον* libri: qua forma nusquam usi sunt tragici.

235. *τίς* Heathius. *τί* libri. Versus aut ex trochæo et dochmio compositus, aut, quod non improbabile, parapæonicus

ˊ– ᴗ ᴗ ᴗ ᴗ | ˊ– ᴗ –.

Νέμεσις] *Invidia*. Homer. Iliad. Ξ, 80. *Οὐ γάρ τις νέμεσις φυγέειν κακόν.* Cf. Iliad. Γ. 156. Pisander apud Stob. 12. p. 79. *Οὐ νέμεσις καὶ ψεῦδος ὑπὲρ ψυχῆς ἀγορεύειν.* Stanleius citat Virgil. Æn. 4, 349. BLOMF.

236. *οὔτοι* L.M. *οὔτι* vulgo.

238. *ἔκηλος*] *εὔκηλος* codd. aliquot et Ald. Rob. Turn., non Steph.

239. *ποταίνιον κλύουσα πάταγον*] Non respondent hæc verba versui strophico 233. *διὰ θεῶν πόλιν νεμόμεθ'*—, cui vitio etsi sic mederi liceat ut *διαὶ* scribatur cum Hermanno apud Seidlerum de vers. dochm. p. 94, versu ex tripodia iambica et dochmio composito, præcedentium tamen stropharum comparatio facit ut puris potius dochmiis Æschylum esse usum credamus. Quamobrem probabilior Heathii conjectura videtur aliam quandam adjectivi *ποταίνιον* formam exstitisse, *ποτάνιον*. Quod si recte ille conjecit, *ἀφνίδιος* comparari potest, quod pro *αἰφνίδιος* Æschyl Prom. 68. certissima emendatione restituit Elmsleius.

ἀνάμιγα] *ἅμα* vulgo. Correctum ducibus L.M. qui *ἄμμιγα* præbuerunt.

240. *τάνδ'*] *τήνδ'* Ald. Rob.

ἀκρόπτολιν Porsonus. *ἀκρόπολιν* libri.

242. *μὴ νῦν*] *μή νυν* Blomfieldus. Recte.

243. ἁρπαλίζετε] *Avide recipite.* Hesych. Ἁρπαλίζομαι, ἀσμένως δέχομαι. Eumen. 981. ἀντιφόνους ἄτας ἁρπαλίσαι πόλεως. Rarissima est verborum frequentativorum forma, de qua disseruit Valckenærius, ad Eurip. Hippol. 230. ubi exstat δαμαλίζω. Occurrunt apud Homerum δυοπαλίζω, ἐντροπαλίζομαι, de quibus Etymol. M. p. 345, 37. τοιαῦτα δέ εἰσι ῥήματα ἀπὸ τῶν εἰς ης, πλεονασμῷ τοῦ αλ· οἷον πύκτης, πυκτίζω, πυκταλίζω, Ἀνακρέων. καὶ Σώφρων φησὶν ἀπὸ τοῦ πυκτεύω, πυκταλεύω. Ita legendum. Anacreontis locum citat Eustath. in Iliad. Ψ. p. 1322, 53. ὡς μὴ πρὸς τὸν Ἔρωτα πυκταλίζω. BLOMF.

244. Post βόσκεται comma ponatur. Neque enim τούτῳ φόβῳ sunt conjungenda, sed verba φόβῳ βροτῶν ad τούτῳ explicandi caussa sunt adjecta.

φόνῳ A.B.M. aliique et Rob. Turn. Revocandum quod in aliis codicibus et Ald. est φόβῳ. "Verte, *Per hujusmodi enim formidinem mortalium Mavors pinguescit*, uti recte interpretatur scholiasta." BLOMF.

246. μὴ νῦν] Scribendum μή νυν cum Blomfieldo.

247. γῆθεν] δῆθεν Turn.

κυκλουμένων] κυκλούμενον Rob. Mosq. 1. Sed bene schol. A. explicat κυκλουμένων, τῶν πολεμίων. BLOMF.

248. οὐκοῦν] οὔκουν cum interrogatione in fine versus Brunckius.

250. οὐ σῖγα; μηδὲν] οὔ, σίγα μηδὲν Ald. Rob. οὐ σῖγα· μηδὲν Turn. Veram interpunctionem οὐ σῖγα μηδὲν τῶνδ' ἐρεῖς κατὰ πτόλιν; restituit Elmsleius ad Eurip. Med. 1120. οὐ σῖγα μηδὲν ἐρεῖς dictum pro οὐ σῖγ' ἀνέξει μηδὲ ἐρεῖς μηδέν. Similis breviloquentia est v. 252.

πτόλιν] πόλιν Ald. Rob. In tironum gratiam duo grammaticorum loca de forma πτόλις adscribam. Schol. Villoison. ad Iliad. Ψ. 1. κατὰ πτόλιν. Κυπρίων τῶν ἐν Σαλαμῖνι ἡ λέξις. κεῖται δὲ παρὰ κωμικῷ Ἀναξανδρίδῃ ἐν Σωσίππῳ. Eustath. ad Iliad. Λ. p. 842, 16. ὁ δὲ πτόλεμος, Κυπρίων καὶ Ἀττικῶν λέξις καθ' Ἡρακλείδην ἔστι, καθὰ καὶ ἡ πτόλις, ὧν ἴδιον παρεντιθέναι ῥήμασι καὶ ὀνόμασι τὸ τ. BLOMF.

251. ξυντέλεια] *Ordo consociatus.* Vox politica. Harpocr. Συντελεῖς. οἱ συνδαπανῶντες καὶ συνεισφέροντες. τὸ δὲ πρᾶγμα συντέλεια καλεῖται. imo, credo, et τῶν συντελῶν societas. BLOMF. ξυγγένεια Rob.

252. οὐκ ἐς φθόρον σιγῶσ' ἀνασχήσει τάδε;] Breviter dictum

pro *οὐκ ἐς φθόρον εἶ καὶ σιγῶσ' ἀνασχήσει τάδε*; Similis increpatio ap. Soph. Œd. T. 1146. *οὐκ εἰς ὄλεθρον; οὐ σιωπήσας ἔσει*;

254. *κἀμὲ καὶ σὲ καὶ πόλιν*] Triplex horum verborum in codicibus scriptura est, prima quam exhibemus ex quattuor codicibus, secunda *κἀμὲ καὶ πᾶσαν πόλιν*, quam M. cum tribus aliis præbet, et qui *καί με* scripserunt Turn. Steph., tertia *ἐμὲ καὶ πᾶσαν πόλιν* ex paucis cognita codicibus et Ald. Rob. "*κἀμὲ καὶ σὲ καὶ πόλιν* probat Porsonus, qui citat Sophocl. Œd. T. 64. *ἡ δ' ἐμὴ Ψυχὴ πόλιν τε κἀμὲ καὶ σ' ὁμοῦ στένει.* Eurip. Phœniss. 447. *Παῦσαι πόνων με, καὶ σὲ, καὶ πᾶσαν πόλιν.* Adjicio ejusdem Œdip. apud Stob. Ecl. p. 22=149. *Αὕτη τρέφει σὲ, κἀμὲ, καὶ πάντας βροτούς.* Quare nescio an melior lectio sit, *Αὐτὴ σὲ δουλοῖς κἀμὲ καὶ πᾶσαν πόλιν.*" BLOMF. Probabilior Wunderlichii conjectura est p. 31. *αὐτὴ σὺ δουλοῖς καὶ σὲ καὶ πᾶσαν πόλιν.* quæ mihi nunc vera videtur. Neque enim Eteoclis personæ convenit illud *δουλοῖς κἀμέ.*

255. *Ζεῦ*] *Ζεὺς* Ald. Turn.

257. *ἄνδρας* M. aliique et Rob. *ἄνδρες* A.B. et sex alii cum Ald. Turn.

258. *παλινστομεῖς*] *Oggannis.* V. Porson. ad Eurip. Orest. 1259. Valcken. ad Phœn. 1346. BLOMF. *πάλιν στομεῖς* Ald.

260. *κοῦφον* commatibus inclusit Steph. scholiastam recentiorem secutus, qui duas proposuit explicationes, alteram vulgatæ interpunctioni accommodatam, alteram hanc, *ἢ οὕτω, εἰ αἰτουμένῳ ἐμοὶ δοίης τέλος τῆς αἰτήσεως, κοῦφον καὶ ἀβαρὲς ἔσται σοι.*

εἰ δοίης] *Utinam des.* Sic Soph. Œd. T. 883. *εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα.* Eurip. Hec. 836. *εἴ μοι γένοιτο φθόγγος.* Usitatius est *εἰ γάρ.* ABRESCH.

τέλος] Dubito, utrum vertendum sit *voti finis*, an potius *donum*, *δαπάνημα*, quo sensu Euripidi adhibetur ap. Eustath. p. 789, 14. schol. Venet. in Iliad. K. 56. schol. Leidens. Valckenær. p. 244. *Μάτην γὰρ οἴκῳ σῷ τόδ' ἐκκαίεις τέλος.* Ita enim lego. Abreschius citat Prometh. 617. (637.) *Οὔκουν πόροις ἂν τήνδε δωρεὰν ἐμοί; Π. Λέγ' ἥντιν' αἰτεῖ· πᾶν γὰρ ἂν πύθοιό μου.* et *κούφαν δόσιν* e Pindar. Isthm. 1, 60. BLOMF. *γρ. λόγον* margo M. ex glossemate.

261. *λέγοις ἂν ὡς τάχιστα, καὶ τάχ' εἴσομαι.*] Sic Soph. Œd. T. 1516. *λέξεις, καὶ τότ' εἴσομαι κλύων.* STANL.

263. σὺν] Scribendum ξὺν cum Brunckio.

πείσομαι] οἴσομαι Cantabr. primus. Eurip. Phœniss. 909. Τὸ μέλλον, εἰ χρὴ, πείσομαι· τί γὰρ πάθω; ubi schol. in MS. R. apud Porsonum, hunc versum laudat. BLOMF.

266. Comma post κρείσσω posuit Brunckius.

ξυμμάχους Viteb. συμμάχους vulgo.

268. ὀλολυγμὸν] *Femineum ululatum.* Ὀλολύξαι, καὶ ὀλολυγῇ χρήσασθαι, ἐπὶ γυναικῶν Polluc. 1, 27. Optime distinguit Xenoph. Anab. 4, 3, 19. ἐπαιάνιζον πάντες οἱ στρατιῶται, καὶ ἀνηλάλαζον. ξυνωλόλυζον δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἅπασαι. Plura quærens adeat Spanhem. ad Callimach. H. Del. 258. et ad Julian. Imp. p. 234. Synes. Ep. p. 164 C. ἀνδρῶν οἰμωγὴ, γυναικῶν ὀλολυγή. Virg. *femineo ululatu.* ὀλολύζω apud veteres non nisi in rebus lætis usurpari, notavit Hemsterhus. ad Lucian. T. 1. p. 7. BLOMF.

ἱρὸν] Scribebatur ἱερόν. Formam disyllabam Æschylo restitui hic et fragm. 312. ποῦ δ' ἔστιν Ἀργοῦς ἱρὸν, αὔδασον, ξύλον; Ad Soph. Œd. Col. 16. ubi vulgo in initio trimetri χῶρος δ' ὅδ' ἱερός legebatur hæc olim annotavi in præfatione ad Poetas scenicos p. xiii. "Restitui ἱρὸς, quod librarii ex poetarum Atticorum fabulis tam studiose expulerunt ut raro in libris scriptis compareat et ab criticis non facile inferri soleat, nisi sicubi metrum exposcere videatur, ut in Troadibus Euripidis v. 1065.

σμύρνης αἰθερίας τε κα-
πνὸν καὶ Πέργαμον ἱράν.

Mihi vero pluribus indiciis constat tragicos non in ejusmodi solum locis, qualis ille Euripidis est, sed etiam in diverbiis Ionica esse forma vocabuli usos ubicumque pedes soluti hac ratione vitari possent, veluti in hoc ipso Sophoclis versu, ubi casu evenit ut ἱρὸς et in optimis codicibus sit servatum et diserte agnitum ab Suida in h. v. Quare ἱρὸς locis plurimis restitui, etiam in postremis fabulis Euripidis, quæ licet minus elaboratæ sint quam antiquiores tragœdiæ, tamen solutos pedes dedita opera quæsitos habere nec demonstratum est a quoquam et ab ratione abhorret. Quid quod ne comici quidem poetæ ab illius usu formæ abstinuerunt, quam Aristophani duobus in locis (Equit. v. 301. Vespar. v. 308.) metri adactus necessitate reddidit Hermannus in Elementis doctrinæ metricæ, quibus nunc accedant Ranarum versus 440. 447. De vocabu-

lis *ἱερεὺς ἱερία ἱέραξ*, quæ non improbabile est ad eandem legem esse revocanda, nunc nihil decerno."

εὐμενῆ] Ab effectu. *εὐμενῆ* pro *εὐμενιστικὸν*, *placatum* pro *placatorio*. STANL.

παιάνισον] *παιώνισον* M. (in quo alia manus *παιάνισον* correxit.) et Steph. Sed *παιὰν* et *παιανίζω*, ubi de hymno aut clamore agitur, ubique scribendum. Frustra sunt Duker. ad Thucyd. 1, 50. Wass. ibid. 7, 44. Vid. Valcken. ad schol. in Eurip. Phœniss. p. 113. Falli etiam opinor Ruhnkenium ad Timæi Lex. p. 203. neque enim Atticos eandem vocem modo per hanc, modo per illam vocalem extulisse crediderim. In Agam. 101. recte legitur *παιὼν*, *medicus*; sed in Choeph. 343. corrige *παιάν*. Obduci quidem possint verba scholiastæ Platonis pag. 44. *ἢ τοὺς λεγομένους Παιᾶνας, ὕμνους εἰς Ἀπόλλωνα, ἐπὶ καταπαύσει λοιμοῦ, ἢ Παιήονα, τὸν τῶν θεῶν ἰατρὸν, ἢ Παιῶνας, ὡς νῦν, ᾠδὰς ἐπὶ εὐτυχίᾳ καὶ νίκῃ, διὰ τοῦ ω μέγα, ἐξ οὗ καὶ Παιωνίζειν.* Sed is de suo ævo loquitur. Facile dilui potest difficultas quæ ex Herodoto 5, 1. nasci videatur. BLOMF.

269. *νόμισμα*] *Ritus. Consuetudo.* Eurip. Iph. Taur. 1471. Aristoph. Nub. 247. BLOMF.

θυστὰς βοὴ, *Clamor qui in rebus sacris tollitur.* Casaub. Ita schol. A. *θυστάδος· τῆς παρὰ ταῖς θυσίαις γενομένης. ἀφ' ἧς ἐνίοτε καὶ ἡ βάκχη. σημαίνει γὰρ καὶ τοῦτο, καὶ τὴν καθαρὰν ἐσθῆτα, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ.* Hesych. *Θυστάδες. νύμφαι τινές. αἱ ἔνθεοι, καὶ βάκχαι.* Mox, *Θύστας. ὁ ἱερεὺς παρὰ Κρησί.* Sed hoc Dorice pro *θύστης*. Sophocl. Antig. 1119. *θυστάδας λιτάς*. BLOMF.

270. *πολέμιον*] Scribendum *πολεμίων* cum Blomfieldo: quod in interpretatione sua posuit scholiasta recentior. "*πολεμίων φόβον*, *metum ob hostes conceptum.* 1061. *δεῖμα πολιτῶν*. Thucyd. 7, 42. *ἀποχρήσασθαι τῇ παρούσῃ τοῦ στρατεύματος ἐκπλήξει.* i. e. *metu ob exercitum ejus concepto.*" BLOMF. Alia ratio v. 216. ubi *πολέμιον δόρυ* alteri scripturæ *πολεμίων* recte est prælatum.

271. *πολισσούχοις*] *πολισούχοις* Ald. Rob.

272. *πεδιονόμοις*] *Qui campos tuetur.* Stanleius citat Virgil. Georg. 1, 21. Propert. 3, 13. De *ἀγορᾶς ἐπισκόποις* vid. Sophocl. Œd. Tyr. 161. Albert. ad Hesych. v. *Ἀγοραῖος Ἑρμῆς*. Polluc. 1, 23. *θεοὶ—πολιοῦχοι—ἀγοραῖοι. Ζεὺς ἀγοραῖος* Eumen.

971. In Nicæensium nummo quodam inscribitur ΑΓΟΡΑΙΟΥ ΔΙΟC apud Harduin. p. 346. quem vide. BLOMF.

273. *πηγαῖς* A.B.M. aliique et Turn. *πηγῆς* aliquot codd. et Ald. Rob.

οὐδ' ἀπ'] Lectio inepta, in qua explicanda frustra laborat scholiasta. Corrigendum cum L. Dindorfio *ὕδασί τ'*.

274. *εὖ ξυντυχόντων*] *ξυντυγχάνειν* plerumque de personis adhibetur: rarissime de re, ut in Sophocl. Ajac. 313. *τὸ συντυχὸν πάθος*. Subaudi igitur *αὐτῶν*, scil. *θεῶν*. BLOMF.

274—278. *εὖ ξυντυχόντων καὶ πόλεως σεσωσμένης, | μήλοισιν αἱμάσσοντας ἑστίας θεῶν, | ταυροκτονοῦντας θεοῖσιν, ὧδ' ἐπεύχομαι | θήσειν τροπαῖα, πολεμίων δ' ἐσθήματα, | λάφυρα δᾴων δουρίπληχθ' ἁγνοῖς δόμοις.*] Locus ineptissime interpolatus, cujus veram scripturam ne divinare quidem liceret, nisi antiquæ lectionis vestigium servassent tres codices A.B.M., quorum B.M. post *ἁγνοῖς δόμοις* versum addunt si quem alium genuinum *στέψω πρὸ ναῶν πολεμίων ἐσθήματα*, A. autem priora tantum verba exhibet *στέψω πρὸ ναῶν*. Quæ ab scholiasta quoque lecta esse annotatio ostendit, *ἐσθήματα ἀναθήσω πρὸ τῶν ναῶν, τὰ λάφυρα*. Ex his manifestum est scripsisse Æschylum

εὖ ξυντυχόντων καὶ πόλεως σεσωσμένης,
λάφυρα δᾴων δουρίπηχθ' ἁγνοῖς δόμοις
στέψω πρὸ ναῶν, πολεμίων ἐσθήματα.
τοιαῦτ' ἐπεύχου μὴ φιλοστόνως θεοῖς.

quæ ab interpolatore eum in modum, quem libri vulgati sequuntur, sunt dilatata. Ceterum laudandi mihi sunt qui partem certe veri viderunt Blomfieldus et Bothius, quorum ille vel deleri versum voluit *μήλοισιν αἱμάσσοντας ἑστίας θεῶν* vel servato proximum *θεοῖσιν* in *πᾶσιν* mutari, pro *θήσειν τροπαῖα πολεμίων δ' ἐσθήματα* autem scribi voluit *στέψειν πρὸ ναῶν πολεμίων ἐσθήματα*: Bothius vero hanc totius loci scripturam proposuit, *εὖ ξυντυχόντων καὶ πόλεως σεσωσμένης, | μήλοισιν αἱμάσσοντας ἑστίας θεῶν, | ταυροκτονοῦντάς θ', οἷσιν ὧδ' ἐπεύχομαι, | λάφυρα δᾴων δουρίπληχθ' ἁγνοῖς δόμοις | στέψω προνάων πολεμίων ἐσθήματα.*

277. *τροπαῖα*] *τρόπαια* libri. Quod nihil caussæ est cur in versu spurio mutetur.

ἐσθήματα] *ἐσθήμασι* (τα superscr.) M.

278. *δᾴων*] *δαΐων* libri.

δουρίπληχθ' A.B.M. *δουρίπληκτα* F. *δορίπληχθ'* L. *δορύ-*

πληχθ' C. δορίπληθ' ex cod. Barocc. affert Porsonus. δουρυπλήθ' Ald. errore fortasse typothetæ pro δουρυπλήχθ', quod servato accentus vitio posuit Turn. δουρικτήτ' Rob. Quorum vitiorum omnium certa Porsono ad Eurip. Hec. 482. emendatio videbatur δουρίληφθ'. Id vero librarii vix in δουρίπληχθ' corrupissent. Scribendum δουρίπηχθ' adjectivumque δορίπηκτος lexicis inserendum. Similiter καινοπληγές pro καινοπηγές scriptum in cod. Parisino L. infra v. 642. λάφυρα δουρίπηχθ' ἁγνοῖς δόμοις spolia dicit hastis affixa in templis deorum. Sic πεπηγμένα σκῦλα dixit Josephus Ant. Jud. 15, 11, 3. τοῦ δὲ ἱεροῦ παντὸς ἦν ἐν κύκλῳ πεπηγμένα σκῦλα βαρβαρικὰ, καὶ ταῦτα πάντα βασιλεὺς Ἡρώδης ἀνέθηκε, προσθεὶς ὅσα καὶ τῶν Ἀράβων ἔλαβε. Ceterum comparetur locus similis Agam. 578. θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ' Ἑλλάδα δόμοις ἐπασσάλευσαν ἀρχαῖον γάνος.

ἁγνοῖς δόμοις] Antiquissimum morem fuisse spolia hostium in deorum templis suspendendi, observat Eustathius p. 666, 33. Τὸ δὲ ἐν ναοῖς κρεμᾶν τὰ σκῦλα τῶν νενικημένων ἔθος ἦν ἀρχαῖον. καὶ δηλοῖ αὐτὸ καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοινισσαῖς, καὶ ὁ Κωμικὸς δὲ ἐν τοῖς Ἱππεῦσι. Euripidis verba hæc sunt Phœn. 571.

καὶ [κὰς] σκῦλα γράψεις πῶς ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς;
Θήβας πυρώσας τάσδε Πολυνείκης θεοῖς
ἀσπίδας ἔθηκε.

et 1481.

ὡς δ' ἐνικῶμεν μάχῃ,
οἱ μὲν Διὸς τρόπαιον ἵστασαν βρέτας,
οἱ δ' ἀσπίδας συλῶντες Ἀργείων νεκρῶν
σκυλεύματ' εἴσω τειχέων ἐπέμπομεν.

Aristophanis vero hæc in Equitibus 842.

ἕως ἂν ᾖ τῶν ἀσπίδων τῶν ἐκ Πύλου τι λοιπόν.

Ad quæ verba scholiastes: Πάλιν ὁ Κλέων τὰ περὶ Πύλον θρυλλεῖ καὶ Σφακτηρίαν καὶ τὰ τῶν αἰχμαλώτων. ἔθος γὰρ ἦν τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων ὅπλα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνατιθέναι. ἕως οὖ, φησὶν, ἀνάκειται ἀπὸ Πύλου καὶ Σφακτηρίας ὅπλα, ἅπερ ἀνέθηκα τοῖς θεοῖς νικήσας, οὐδεὶς τῶν ἐχθρῶν τολμήσει κατ' ἐμοῦ λέγειν. Nimirum notissima est ex Thucydide 4, 30. historia de Lacedæmoniis ad Pylum et Sphacteriam insulam a Cleone Atheniensi duce captis. Hunc Cleonem scutis Lacedæmoniorum dedicatis gloriantem comicus introducit, se inimicorum omnium ora facillime obturaturum. Antiquitatem ejus moris Virgilius quoque

confirmat, templum Pici antiqui Latinorum regis spoliis hostium ornatum describens:

Multaque præterea sacris in postibus arma
captivi pendent currus, curvaque secures
et cristæ capitum, et portarum ingentia claustra
spiculaque, clypeique, ereptaque rostra carinis.

Et de Sesostre, antiquissimo Ægyptiorum rege, qui post novem annorum expeditionem, qua Asiam subegit omnem una cum parte Europæ, excitatis ubique monumentis gentium a se devictarum, amplissima cum præda domum revertit, Diodor. I, 55. *τὰ μὲν ἱερὰ πάντα τὰ κατ' Αἴγυπτον ἀξιολόγοις καὶ σκύλοις ἐκόσμησε.* STANL.

δόμοις] *νόμοις* E. In versu post hæc verba inserendo *στέψω πρὸ ναῶν, πολεμίων ἐσθήματα,* non male Bothius *προνάων.* quæ tamen non necessaria mutatio est. Similiter apud Euripidem Ion. 79. *ὡς πρὸ ναοῦ λαμπρὰ θῇ πυλώματα δάφνης κλάδοισιν,* Wakefieldus *προνάου* corrigi volebat, sed vulgata scriptura defenditur versu 129. *καλόν γε τὸν πόνον, ὦ Φοῖβε, σοὶ πρὸ δόμων λατρεύω, τιμῶν μαντεῖον ἕδραν.*

πολεμίων ἐσθήματα] Mortuis spolia detrahere Græci *συλᾶν* proprie dicunt. Hom. Iliad. K, 387.

Ἦ τινα συλήσων νεκύων κατατεθνειώτων;

ἀντὶ τοῦ ἐκδύσων, κατὰ τοὺς παλαιούς, ut inquit Eustathius. Ita *συλᾷ, ἐκδύει.* Et rursus *συλᾶν, γυμνοῦν.* Nec aliunde Latinis *Exuviæ*, quasi ab *exuendo* dictæ. Claudian. 36, 348. *hos onerat ramos exutus Ophion*, i. e. exuviæ Ophionis. STANL.

280. *ποιφύγμασιν*] A *ποίφυσσω*, *violenter exspiro.* quæ vox formatur, ni fallor, a sono *ποιφ* (Anglice *puff*) quem explosæ buccæ edunt. Minus recte Eustathius ducit a *φυσάω*. Schol. Nicandr. Theriac. pag. 13. *τὸ δὲ ποιφύσσειν πολλαχῶς λέγεται. καὶ ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ ἐκφοβεῖν, ὡς Σώφρων ἐν Μίμοις, Παιδικὰ ποιφύξεις· ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ πνεῖν, ὡς Εὐφορίων· Ζεφύρου μέγα ποιφύξαντος. τὸ δὲ ποιφύσσοντος,* (Theriac. 180.) *ἀντὶ τοῦ φυσῶντος.* Verbum exquisitum est; ideoque ab Æschylo, Sophrone, Euphorione, Nicandro, Lycophrone, (180.) talium vocum sectatoribus, usurpatum. Utitur Anyte ap. Suidam in voce, de delphine, *περικαλλέα χείλη Ποιφύξω.* BLOMF.

281. *τι*] *τοι* Ald. Rob.

282. *δ' ἐπ'*] Scribendum *δέ γ'*: quod vidit anonymus in margine exemplaris Aldini apud Burtonum.

σὺν] *ξὺν* Brunckius recte.

ἑβδόμῳ] *εὐδόμῳ* C.

283. *ἀντηρέτας*] *ἀντηρέτης*, *adversarius*. Proprie, *qui ex adverso remigat*. Male schol. A. et Sopingius ad Hesych. in v. ab *ἀνταίρω* ducunt. Etymol. M. p. 112, 40. *ἀντηρέτης. ὁ ἀντικαθήμενος. καὶ ἀντηρετεῖν, τὸ ἐπὶ ζυγοῦ καθεζόμενος ἐρέσσειν.* Mox *ἑπτατειχεῖς ἐξόδους* dicitur pro *ἑπτὰ ἐξόδους τειχέων*, ut *ἑπτάπυργα κλεῖθρα* pro *ἑπτὰ κλεῖθρα πύργων*, Eurip. Phœniss. 1073. BLOMF.

287—303=304—320. Versus in Ald. sic divisi, *μέλει*— | *γείτονες* — | *τάρβος* — | *δράκοντα* — | *ὑπερδέδοικε* — | *δυσευνήτειρα*— | *τοὶ*— | *πανομιλὶ*— | *τοὶ δ'*— | *πολίταις*— | *παντὶ*— | *θεοὶ* — | *ποῖον* — | *τᾶσδ'* — | *βαθύχθον'* — | *εὔτρεφ.* — | *ὅσων* — | *Τηθύος* — | *τεοὶ* — | *καὶ τὰν* — | *κῦδος* — | *εὔεδροι* — *λιταῖσιν.*

287. *ὑπνώσσει*] *ὑπνώσει* aliquot codd. et Ald. Rob.

288. *καρδίας*] Metrum formam postulat disyllabam *κάρζας*, quam Æolibus tribuit Etym. M. p. 407, 21, ego Æschylo et hic et Suppl. 72. et 799. restituendam esse ostendi in Thesauro Stephani vol. 2. p. 1106 D. Ejusdem generis est *ζὰ* pro *διὰ* dictum et *ζαπρέπον* pro *διαπρέπον*, quod librarii obliterarunt apud Æschylum Pers. 1006.

289. *μέριμναι*] *μερίμναις* Ald. *μέριμνα* Rob. In edd. vett. non post *τάρβος*, sed post *ζωπυροῦσι* punctum positum est. Delenda omnis interpunctio. Nam accusativi *τὸν ἀμφιτειχῆ λεών* construenda sunt cum *ζωπυροῦσι τάρβος*, quæ pro verbo *ταρβῶ* posita sunt, quod ipsum in codice uno pro *τάρβος* scriptum est: de qua liberiore constructione *πρὸς τὸ σημαινόμενον* dixi ad Soph. Antig. 110.

290. *τὸν*] *τῶν* E.

τὸν ἀμφιτειχῆ λεὼν] *τῶν ἀμφὶ τείχη λεῶν* Ven. Scribendum uno versu *τὸν ἀμφιτειχῆ—τέκνων*, pariterque in antistropho 308. 309.

291. *δράκοντας ὥς*] *δράκοντα δ' ὥς* edd. *δράκονθ' ὥς* N. *δράκοντας ὥς* [Bothius et] Burneius, qui citat Horat. Epod. 1, 29. *avis Serpentium allapsus timet.* Stat. Achill. 1, 212. *volucris—hinc anxia cogitat angues.* Contra pro singulari stant, Æschylus ipse infra 503. et, quem fortasse respexit, Homerus Iliad. B, 298. Moschus 4, 21. Heliodor. Æthiop. 2. p. 100. BLOMF. *δράκοντα δ' ὥσπερ* Rob.

τέκνων] *τέκνων δ'* E.

292. *ὑπερδέδοικεν* Bothius. *ὑπερδέδοικε* libri, nisi quod *ὑπερδέδοικα* C. et *ὕπερ, δέδοικε* Cantabr. primus, unde *ὕπερ δέδοικεν* scribendum.

λεχαίων Lachmannus de chor. syst. p. 67. Legebatur *λεχέων*.

δυσευνάτορας Blomfieldus. *δυσευνήτορας* M. *δυσευνήτορας* Steph. *δυσευνήτειρα* codices reliqui (nisi quod in duobus *δυσευνάτειρα*) et Ald. Rob. Turn.

294. *πάντροφος*] *ἀπάντροφος* Viteb. *ἀ πάντρομος* M. unde scribendum *πάντρομος*, quod aptissimum epitheton columbæ est. *πάντροφος* legerunt Eustathius p. 1602, 6. et qui interpretationem ineptam proposuit Tzetza ad Lycophr. 86. *Τρήρωνα δὲ αὐτὴν (τὴν Ἑλένην) διὰ τὸ λαγνὸν καλεῖ. καὶ γὰρ ἡ περιστερὰ μόνη τῶν πτηνῶν δι' ὅλου ἔτους ὀχεῖται, καὶ νεοττοὺς ποιεῖ. ὅθεν Αἰσχύλος φησί· παντρόφου πελειάδος. πάντροφος* si recte legeretur, nihil aliud significaret quam columbam nutrimenta ubique invenientem.

296. *πανδημεὶ*] *πανδημὶ* Ald. Rob. *πανδαμὶ πανομιλὶ* Blomfieldus recte. Doricam formam libri servarunt Eumen. 1039.

297. *στείχουσιν* M. aliique. *στείχουσι* vulgo.

τί] *τίς* A.B. aliique nonnulli.

298. *ἀμφιβόλοισιν*] *Undique petitis*. Thucyd. 4, 36. *καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι, βαλλόμενοί τε ἀμφοτέρωθεν ἤδη . . . ἀμφίβολοι ἤδη ὄντες.* quo respicit Hesych. in v. Cf. 4, 32. et ibi Duker. Arrian. apud Suid. in voce. BLOMF.

300. *χερμάδ'*] *χερμὰς*, *Saxum* quod manum implet. *λίθος χειροπλήθης*. Hesych. consentientibus schol. Oppian. Hal. 1, 712. Eust. ad Il. Θ. p. 714, 39. Paullo diversum est *χεράς*. Schol. Apollon. Rhod. 1, 1123. *Χερὰς, ἡ τῶν βραχέων λίθων συλλογὴ, τῶν καθ' ἕνα χειρὶ ληφθῆναι δυναμένων, οὓς Ὅμηρος χερμάδιά φησι . . . καὶ Σαπφὼ, μὴ κένη χεράδας.* Etymologus, hæc compilans p. 808, 35. recte habet *μὴ κίνει χεράδας*. Schol. Pindar. Pyth. 6, 10. *χερὸς δὲ, ὁ μετὰ ἰλύος καὶ λίθων συρφετός.* Ita etiam schol. Venet. in Iliad. Φ, 319. Jam vero de re, Eurip. Bacch. 1094. *χερμάδας κραταιβόλους Ἔρριπτον*. Tyrtæus ap. Stob. 50. p. 191. *Ὑμεῖς δ', ὦ γυμνῆτες, ὑπ' ἀσπίδος ἄλλοθεν ἄλλος Πτώσσοντες, μεγάλοις σφάλλετε χερμαδίοις.* Melius videtur *βάλλετε*, uti citat Wassius ad Thucyd. 6, 69. cujus nota omnino adeunda est. Leonidas Tarentin. Brunck. Anal. vol. 1.

p. 232. μή σκληροῖς τύπτε με χερμαδίοις. Antipater in Nucem, Κέκλασμαι, πυκιναῖς χερμάσι βαλλομένη. *A populo saxis præ-tereunte petor.* BLOMF.

ὀκριόεσσαν A.B.C. et sex alii. ὀκρυόεσσαν vulgo.

301. Διογενεῖς producta syllaba prima dictum ut eodem in genere metri Suppl. 631.

Διογενεῖς κλύοιτ' εὐκταῖα γένει χεούσας.

302. θεοὶ A.B.M. aliique. ὦ θεοὶ vulgo. Versus 301. 302. in unum conjungendi.

306. βαθύχθον'] *Fertile solum habentem.* BLOMF.

309. εὐτραφέστατον A.B. aliique non pauci. εὐτρεφέστατον alii, inter quos M., Ald. Rob. Turn. et Tzetz. Histor. 12, 80.

πωμάτων] πομάτων ante Porsonum. Correctum ex aliquot codicibus.

310. ἵησιν] ἵησι libri omnes præter marginem B.

Ποσειδὰν] Ποσειδῶν vulgo. Ποσειδᾶν M. aliique nonnulli.

γαιάοχος] γεάοχος Ald. "Γαιάοχος, *Terram continens.* ὁ ἔχων, ἤγουν βαστάζων τὴν γῆν. Schol. Venet. in Iliad. N. 125. Cornutus γαιήοχος et θεμελιοῦχος inter Neptuni epitheta, quasi idem pollentia recenset. Mire Lexicon Rhetor. MS. in Auctar. Emend. Hesych. 1, 790. Γαιήοχος. ἵππιος. ἀπὸ τοῦ τοῖς ὀχήμασι χαίρειν. Suppl. 813. γαιάοχε παγκρατὲς Ζεῦ. Templum Ποσειδῶνος Γαιαόχου in Laconia memorat Pausanias 3, 20. Vid. Secundi Sentent. p. 21. ed. Gale." BLOMF.

311. Τηθύος τε παῖδες] Τηθύος ἔκγονα, Oceani filiæ, Prometh. 137.

312. πολιοῦχοι] πολισοῦχοι aliquot codices. πολισσοῦχοι Rob.

313. θεοὶ] τεοὶ Ald.

315. καὶ τὰν] Ineptum supplementum librarii, qui non animadverterat substantivum desiderari cum ἀνδρολέτειραν conjungendum. Scribendum ἀνδρολέτειραν | νόσον, ῥίψοπλον ἄταν. nisi quis νοῦσον præferat, quum νούσων eodem in genere metri legatur Suppl. 684. de quo ego ita sentio ut illic potius νόσων præferendum censeam. Nam librorum in hac re auctoritas plane nulla est.

ῥίψοπλος ἄτα. *Calamitas quæ scutum quem abjicere cogit.* "Solent enim milites fugati arma abjicere, quo magis perniciter avolent." Stanleius: qui citat Aristoph. Vesp. 27. Δεινόν γε πού 'στ' ἄνθρωπος ἀποβαλὼν ὅπλα. Polluc. 6, 36. Ῥίψασπις. ἐπὶ δὲ τούτου ὁ Πλάτων φησὶν, Ῥίψασπις μὲν γὰρ οὐκ ἐν πᾶσιν ὀνομάζοιτ' ἂν δικαίως, ἀποβολεὺς δὲ ὅπλων. Locus est Legg. 12. p. 687.

Archilochi versus apud Sext. Empir. Hypot. 3, 24. Brunck. Anal. 1. p. 40. Horat. Carm. 2, 7. Anacreon apud Atil. Fortunat. de Metris, Ursin. p. 135. Ἀσπίδα ῥίψ' ἐς ποταμοῦ καλλιρόου προχοάς. BLOMF.

316. ἐμβαλόντες codices et Rob. βάλλοντες Ald. βαλόντες Turn., sed ἐμβαλόντες inter varias lectiones.

317. ἄροισθε κῦδος, τοῖς δὲ πολίταις] Scribendum ἄροισθε κῦδος τοῖσδε πολίταις cum Blomfieldo. "Constructio verbi ἄροισθε, quæ e rarioribus est, scribas fefellit. Æschylus Homerum pro more respicit, Iliad. Δ, 94. Τλαίης κεν Μενελάῳ ἐπιπροέμεν ταχὺν ἰόν· Πᾶσι δέ κε Τρώεσσι χάριν καὶ κῦδος ἄροιο." BLOMF.

318. ῥυτῆρες] ῥύτορες (superscr. ῆ) M. Veram scripturam ῥύτορες esse, post hoc vocabulum autem duas excidisse syllabas, versus antistrophici comparatio docet. Duas autem syllabas illas imperativum aliquem fuisse manifestum est: quo restituto scribendum

καὶ πόλεως ῥύτορες ἔλθετ' εὔεδροί τε στάθητ'.

321—332=333—344.

321. ὧδ' M. et quattuor alii. τήνδ' vulgo, quod superscriptum in M.

ὠγυγίαν] Ὠγύγιος, *Perantiquus*. Ab Ogyge, aiunt, pervetusto vel Atticæ, vel Thebarum, vel (ut schol. Hesiod. Theog. p. 296.) Deorum rege, antiqua omnia et veneranda ὠγύγια dicebantur. Cf. Pers. 71. 967. Eumen. 1034. Sophocl. Philoct. 143. Pindar. Nem. 6, 73. Epigr. in Antholog. 3, 25, 46. Spanhem. ad Callimach. Jov. 14. BLOMF.

322. Ἀΐδᾳ] ἄϊδα aliquot codd. et Ald. Rob. Ἄϊδι Turn. Quod qui scripsit Homeri versus memor fuit Il. A, 3.

323—329. Versus in Ald. sic divisi, ὑπ'— | ἀτίμως — | νέας— | πλοκάμων—φαρέων.

323. δουλίαν Ven. ap. Burtonum. δουλείαν vulgo.

324. ἀνδρὸς Ἀχαιοῦ] Exercitum Argivorum dicit.

326. κεχειρωμένας] κεχῆρωμένας (superscr. ει) M.

327. ἒ ἒ M. aliique nonnulli. ἒ ἒ ἒ vulgo. νέας monosyllabum est.

330. ἐκκενουμένα] ἐκκενουμένη Ald. Rob.

331. λαΐδος] ληΐδος aliquot codd. et Ald. Turn. ληίας margo M. Male per λαοῦ explicat scholiasta recentior: recte antiquior, θρηνεῖ δὲ ἡ πόλις ἐκκενουμένη, τῆς λαΐδος, ἀντὶ τοῦ ληΐδος, ἤγουν τῆς λείας, τουτέστι τῶν πολιτῶν, ὀλλυμένης καὶ φθειρομέ-

νης, τῆς μιξοθρόου, ἤτοι τῆς θροῦν καὶ βοὴν ποιουμένης ἀνάμικτον· γυναῖκες γὰρ καὶ παῖδες ἀκμάζοντες καὶ ἀρτιγενῆ βρέφη καὶ ἄνδρες καὶ γέροντες ἐποιοῦντο τὸν θρῆνον σύμμικτον. ληΐδας per αἰχμαλώτους explicat Hesychius, et ληϊάδας (ex Hom. Il. Υ. 193.), ἐκ λείας αἰχμαλώτους συλληφθείσας. Æschylus λαΐδα captivos dixit, quemadmodum ἡ αἰχμαλωσία pro οἱ αἰχμάλωτοι dicitur.

332. τοι omittunt codd. nonnulli et Ald. Rob. Turn.: primus ex codice suo addidit Steph.

333. κλαυτὸν] κλαυστὸν Rob.

ἀρτιτρόποις] Mira de hoc vocabulo sunt commenta scholiastarum, quorum ex annotationibus pluribus, quæ eodem omnes redeunt, unam apposuisse satis habemus, εἰ μὲν διὰ τοῦ τ ἀρτιτρόποις, ταῖς νεωστὶ τραπείσαις ἀπὸ τῆς παιδικῆς ἡλικίας καὶ ἡβησάσαις· εἰ δὲ διὰ τοῦ δ ἀρτιδρόποις, ταῖς ἄρτι δρεπομέναις. Mira etiam Stanleii interpretatio "Νεωστὶ ἠθοποιήτοις, novellis, nuper formatis; vel bene et pudice moratis virginibus." Sensum verborum recte declaravit Blomfieldus, *Flebilis autem res est, virginibus vix dum maturis, ante solemnia crudum virginitatis florem decerpentia, a domibus odiosum iter perficere.* Sed ἀρτίτροπον quomodo hoc significatu dici potuerint quum non intelligam, ἀρτιτρόφοις corrigendum puto, quod Schneiderus in Lexico proposuit.

ὠμοδρόπων] ὠμοτρόπων Rob.

336. τί;] τὶ edd. veteres sine interpunctione. Sensum recte explicuit scholiasta, τὶ γὰρ δεῖ πολλὰ λέγειν;

338. Post γὰρ excidit comma.

πτόλις Ar. et Rob. πόλις libri reliqui.

339. ἓ ἓ] ἓ quater E. αἶ αἶ codex Taurinensis.

πολλὰ—δυστυχῆ τε] Usitatum est πολλὰ καὶ — vel πολλά τε καὶ—. Apud Sophoclem Philoct. 584. πόλλ' ἐγὼ κείνων ὕπο δρῶν ἀντιπάσχω χρηστά γ', οἷ' ἀνὴρ πένης, Dobræo χρηστά θ' scribendum videbatur, quod cum loco Æschyleo comparari poterit, si recte conjecit Dobræus.

πράσσει codices plerique omnes et Steph. πράσσειν Ald. Rob. Turn. πάσχει superscriptum in C.

341. τὰ δὲ καὶ πυρφορεῖ] *In aliam partem ignem fert.* BLOMF. καὶ om. M. aliique nonnulli et Rob.

342. καπνῷ] δὲ addunt editiones ante Brunckium: omittunt B. aliique, ut videtur, codices.

343. δ' ἐπιπνεῖ] δ' ἐπιτνεῖ Ald. Rob. δ' ἐπιπνεῖ Turn. et

codices præter A.B. aliosque paucos, in quibus δὲ πιτνεῖ est. Soph. Antig. 135. comparavit Blomfieldus, ὃς τότε μαινομένᾳ ξὺν ὁρμᾷ βακχεύων ἐπέπνει ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων.

345—356=357—368. Versus in Ald. sic divisi, κορκορυγαὶ— | δ' ὁρκάνῃ— | δ' ἀνὴρ— | τῶν— | ἁρπαγαὶ— | ξυμβαλεῖ— | καὶ κενὸς— | ξύννομον— | οὔτε μ.— | τίν'— | παντοδαπὸς— | ἀλγύνει— | πολλὰ— | οὐτιδανοῖς— | δμωΐδες— | τλήμονες— | εὐτυχοῦντος— | ἐλπίς— | παγκλαύστων—.

345. 346. et in antistropho 357. 358. in unum conjungendi, qui dochmiacus est cum molosso, quod vidit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 233.: nisi quis molossum istum proximo adscribere versui malit, qui hoc pacto ex duobus dochmiis, cretico interjecto, constabit.

345. ἀν'] ἀνὰ M. Ald. Turn.

κορκορυγαὶ] *Strepitus.* Schol. κορκορυγαί. κεκωμῴδηται δὲ ἡ λέξις. ab Aristophane scilicet in Pace v. 991. Λῦσον δὲ μάχας καὶ κορκορυγάς. quod citat Suidas in voce. Lysistr. 491. Ἀεί τινα κορκορυγὴν ἐκύκων. Hinc διεκορκορύγησεν. Nub. 386. BLOMF.

346. ποτὶ] προτὶ vel πρὸ τὶ Guelf. et Taur.

πτόλιν] Libri partim sic, partim πόλιν, quod habent Ald. Rob. Vocabulum delendum esse vidit Hermannus. Deleto autem eo ποτὶ adverbialiter est accipiendum: unde Hermannus accentu retracto πρότι scripsit.

ὁρκάνα A.B.M. aliique. ὁρκάνῃ vulgo. ὁρκάνει Vindob. duo cum gl. ἐγείρεται, γίνεται δίκην πύργου ἀφανισμός.

Ὁρκάνη πυργῶτις. *Turris expugnatoria*, ad mœnia admoveri solita. Ὁρκάνη. τὸ θηρευτικὸν δίκτυον, ὃ καὶ σαργάνη καλεῖται. Schol. ὁ περιέχων τοῖχος οἴκησιν ἢ χωρίον. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ἕρκος, ὅ ἐστι περιβόλου φράγμα. Photius. Cf. Harpocration. quem post exscribit Photius. Arnaldus citat Eurip. Bacch. 611. Ὡς εἰς σκοτεινὰς ὁρκάνας πεσούμενος. i. e. *carcerem.* [ubi vid. Elmsl.] Photius etiam explicat περίφραγμά τι ἀκανθῶδες. atque ita Etymol. M. p. 632, 25. Eustath. ad Iliad. B. p. 233, 41. Vox πυργῶτις an occurrat alibi nescio. BLOMF.

347. δορὶ] ὑπὸ δορὶ Rob.

δορὶ καίνεται] Dochmius etsi facile restitui potest δόρει scribendo, tamen non probabile est alia quam in antistropho dochmii forma usum esse poetam. Quamobrem post ἀνήρ syllabam unam excidisse conjicio, quæ fortasse στὰς fuit.

καίνεται] κλίνεται M., sed superscripto καίνεται.

348. βλαχαὶ] βληχαὶ aliquot codd. et Ald. Rob.

350. ἀρτιβρεφεῖς] ἀρτιτρεφεῖς M. aliique nonnulli et Rob. Steph. Utrum legerit scholiasta non satis certo colligi potest ex hac ejus annotatione, ἐξελάβετο δὲ τοῦτο (τὸ βλαχαὶ) ὁ ποιητὴς καὶ ἐπὶ τῶν νεογνῶν καὶ ἀρτιγενῶν καὶ ἀτελῶν βρεφῶν, ὡς τοιᾷδε τῇ φωνῇ, ἀσήμῳ δηλαδὴ καὶ ἀνάρθρῳ, χρωμένων. Neutrum scribi ab Æschylo potuit: nam desideratur substantivum aliquod cum ἐπιμαστιδίων conjungendum. Quamobrem scribendum cum Schuetzio τῶν ἐπιμαστιδίων ἄρτι βρεφῶν (vel βρεφέων). ἐπιμαστίδιον βρέφος dixit Eurip. Iph. T. 230. Alteri scripturæ ἀρτιτρεφεῖς qui aliquid tribuendum judicant, ἄρτι τρεφῶν scribere poterunt. Quo substantivo Sophocles usus est (fragm. 166.) ap. Athen. 9. p. 401 D.

σὺ δ', ὦ σύαγρε, Πηλιωτικὸν τρέφος·

quod βρέφος scriptum in epitome ex eaque apud Eustathium p. 1872, 12.

352. ξυμβολεῖ—λελιμμένοι] *Rapiens rapienti occursat, vacuusque vacuum advocat, partis prædarum cupidus; omnes vero plura quam ceperunt appetentes.* κενὸς opponitur τῷ φέροντι; ii qui nondum partem de præda ceperunt, alios æque vacuos advocant. ξύννομον θέλων ἔχειν vertit Stanl. *participem habere volens:* quod si accipias pro *socium prædæ habere volens,* satis commode dicitur. Milites nimirum prædaturi commilitones ad commune deripiendi negotium vocare solent. οὔτε μεῖον οὔτ' ἴσον λελιμμένοι circumscriptio est τῶν πλεονεκτούντων. Pluralis λελιμμένοι tam ad φέροντα quam ad κενὸν referendum. SCH. Hesych. συμβολεῖ: συντυγχάνει.

ξυμβολεῖ] ξυμβολεῖ [βάλλει] M. ξυμβαλεῖ vel ξυμβάλλει codices nonnulli.

354. ξύννομον] ξύνομον tres codd. et Ald. Rob.

355. λελιμμένοι A.B. aliique, quod in aliis, inter quos M. est, λεληιμμένοι scriptum. De utroque dixit scholiasta. λελιμμένος pauci cum Ald. Rob. Turn.

356. τίν' ἐκ τῶνδ' εἰκάσαι λόγος πάρα;] *Quid igitur ex his conjicere ratio est?* s. *Ex his igitur quamnam* de nobis scil. *conjecturam facere in promtu est?* SCH. τί· ἐκ, superscripto τίν' ἐκ, M. Et verum fortasse τί ἐκ: quem hiatum in τί οὖν interdum admiserunt tragici.

357. 358. Scribendum uno versu

παντοδαπὸς δὲ καρπὸς χαμάδις πεσὼν ἀλγύνει·

deleto quod ex glossemate irrepsit κυρήσας.

357. παντοδαπὸς] παντοδαπὴς aliquot codd. Schol. B. σῖτος, κριθὴ, κέγχρος, πάνθ' ὁμοῦ χρήματα.

359. πικρὸν δ' ὄμμα τῶν θαλαμηπόλων] θαλαμηπόλοι h. l. non sunt *cubiculariæ*, sed *cellariæ*, *penus procuratrices*, qualis erat Euryclea in domo Ulyssis apud Homerum. θάλαμος enim interdum *cellam promtuariam* significat. Harum igitur *tristis et acerbus vultus* esse dicitur, cum vident frumenta, vina, aliaque id genus penora per summam hostium nequitiam perdi ac profligari. SCH. τῶν ex prava illatum conjectura Arnaldi, qui non animadverterat duas post ὄμμα vel tres excidisse syllabas,

πικρὸν δ' ὄμμ' ⏑ – – θαλαμηπόλων.

360. πολλὰ] πολλὴ Rob. Turn.

πολλὰ—φορεῖται] *Multaque terræ munera promiscue in fluvios abjecta, inutilibus undis, ubi nemini prodesse possunt, auferuntur.* οὐτιδανὰ ῥόθια sic dici videntur, quoniam iis res ad victum necessariæ corrumpuntur et inutilia redduntur. SCH.

361. γᾶς δόσις] In Agam. 1016. πολλά τοι δόσις ἐκ Διὸς de frumento dicitur. BLOMF.

362. ῥοθίοις duo codd. ῥοθίοισι libri reliqui.

363. καινοπήμονες] κοινοπήμονες Rob.

364. τλήμον' Hermannus. τλήμονες libri. Scribendum τλάμον'.

365. ἀνδρὸς εὐτυχοῦντος, ὡς δυσμενοῦς ὑπερτέρου] Verba interpolata. Desideratur verbum aliquod, quo præcedentium versuum sententia absolvatur et cohærentia cum proximis versibus restituatur, in quibus νύκτερον τέλος alii de Veneris mysteriis, alii de morte intellexerunt.

366. ὑπερτέρου] ὑπερτέρους Ald. ὑπερφέρουσι codex Venetus apud Burtonum.

368. παγκλαύτων] παγκλαύστων aliquot codd. et Ald. Rob.

ἀλγέων] ἀχέων Cantabr. primus. πημάτων L.

ἐπίρροθον] *Adjutricem, auxiliatorem.* Hesych. Ἐπίρροθος: ἰσχυρός. Adjutor auxilium ferens cum magna animi alacritate Vox Homerica. STANL.

372. τόκος] τέκος codd. aliquot et Rob.

373. εἰς Porsonus. εἶς Ald. Rob. εἶσ' libri reliqui. "Verte, *Quin hic Œdipi filius peropportune quidem adest ad audiendum nuncii sermonem.* In v. 372. subaudi ἥκει. Similis est ellipsis in Sophocl. Antig. 626. Ὅδε μὴν Αἵμων, παίδων τῶν σῶν Νέατον γέννημ'." BLOMF.

374. σπουδὴ δὲ καὶ τοῦδ' οὐκ ἀπαρτίζει πόδα.] Pauwius verba οὐκ ἀπαρτίζει πόδα sic interpretatur: *facit, ut pes sibi non sit æqualis:* quia in festinatione gressus pares non sint. At hæc interpretatio non uno incommodo premitur. Stanleiana autem versio: *Festinatio vero ejus non moratur gradum*, quomodo e Græcis effici possit, non intelligo. Sallierius (ad Mœrin p. 82. ed. Pierson.) vertit: *Sed illius festinatio non sinit gradum absolvere;* quæ quidem versio, quum per se parum commoda est, tum particula καὶ, quam neglexit Sallierius, plane convincitur. Hæc enim significat idem h. l. de Eteocle dici, quod alter Semichorus de nuntio prædicaverat. Nempe nihil aliud sensus postulat, quam Eteoclem ipsum quoque festinare. Itaque nihil melius Hermanni emendatione: σπουδὴ δὲ καὶ τοῦδ' οὐ καταργίζει πόδα, *nec hujus quidem pedem festinationis studium tardum esse sinit.* Atque ad hanc lectionem proxime accedit Guelf., in quo legitur: σπουδὴ δὲ καὶ τοῦδ' οὐ καταρτίζει πόδα; vulgata in margine commemorata. SCH. οὐ καταρτίζει etiam Taur. cum gl. εὐθετεῖ et var. lect. οὐκ ἀπαρτίζει, ἤγουν ἄρτιον ποιεῖ.

376. ὥς] πῶς Rob.

πάλον] Pauci codices πάλου vel πάλῳ vel, quod in Ald. quoque est, κλῆρον.

377. Euripides, qui occasionem Æschyli perstringendi avide arripiebat, oblique eum tetigit in Phœn. 755. (760. Pors.) Ἔσται τάδ'. ἑπτάπυργον εἰς πόλιν μολὼν, Τάξω λοχαγοὺς πρὸς πύλαισιν, ὡς λέγεις, Ἴσους ἴσοισιν πολεμίοισιν ἀντιθείς. Ὄνομα δ' ἑκάστου διατριβὴ πολλὴ λέγειν, Ἐχθρῶν ὑπ' αὐτοῖς τείχεσιν καθημένων. ubi vid. schol. et Valckenærii notam. Septem ducum nomina breviter recenset Sophocles Œd. Col. 711. seqq. fusius Euripides Phœniss. 120. seqq. Eorum statuas Delphis inter Argivorum ἀναθήματα describit Pausanias 10, 10. qui tamen, Parthenopæi nomine omisso, Alithersen inter duces memorat; tradit autem Amphiaraum aurigam habuisse, cui nomen Bato. Parthenopæum ducibus adnumerarat Thebaidis

scriptor. De portarum titulis consule Pors. ad Phœniss. 1150. BLOMF. De portis Thebarum copiosissime disputavit Ungerus in Thebanis Paradoxis vol. 1. Hal. 1839.

Τυδεὺς] Euripides Phœn. 1130. Tydeum Homoloïdi, Apollodorus 3. p. 154. Crenidi portæ admovet; Prœtidi autem uterque Amphiaraum. Sed nimirum in ipsis portarum Thebanarum nominibus auctores dissentiunt. Æschylus enim portas nominat 1. Prœtidas, 2. Electras, 3. Neïtas, 4. Oncæas, 5. Borrheas, 6. Homoloïdas, 7. Hebdomas s. septimas. Euripides vero, quamquam alio ordine, 1. Prœtidas, 2. Electras, 3. Neïtas, 4. Crenæas, 5. Ogygias, 6. Homoloïdas, 7. Hebdomas appellat. Pausaniæ vero memorantur 1. Prœtides, 2. Electræ s. Electrides, 3. Neïtæ s. Neïtides, 4. Crenææ, 5. Ogygiæ, 6. Homoloïdes, 7. Hypsistæ. Statius eas his nominibus recenset: 1. Prœtides, 2. Electræ, 3. Neïtæ, 4. Dircææ, 5. Ogygiæ, 6. Homoloïdes, 7. Hypsistæ. At in alia omnia abit Hyginus, Mythol. c. 69. qui portas Thebarum ab Amphione septem filiarum nomine distinctas fuisse perhibet, quarum nomina fuerint Thera, Cleodoxe, Astynome, Astycratia, Chias, Ogygia, Chloris. SCH.

379. *γίγνεται* Porsonus. *γίνεται* edd. priores.

381. *μεσημβριναῖς κλαγγαῖσιν ὡς δράκων βοᾷ*] Nimirum genus est serpentum, quod æstivis potissimum caloribus, et maxime quidem circa meridiem sævit. Luculentus est Virgilii locus, qui hanc Æschyli comparationem præclare illustrat, Georg. 3, 425. SCH.

382. *θείνει* sex codices et Rob. *σθένει* duo codd. et Ald. *θένει* ceteri, quæ vox non nauci est. Diphthongum flagitat metrum infra 957. Pers. 303. 418. 965. simplicem vocalem, quantum sciam, nuspiam. Occurrunt quidem *θένων*, *θένει*, *θένειν*, mutanda in *θενὼν*, vel *θενῶν*, *θενεῖ*, *θενεῖν*. In Aristoph. Av. 54. vulgatur, *Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; τῷ σκέλει θένε τὴν πέτραν*, sed ibi legendum esse *θεῖνον πέτραν* ex v. 56. 80. 83. 107. patet. Conf. Pierson. Veris. 2, 5. p. 193. BLOMF.

δ' om. Ald.

384. *τρεῖς κατασκίους λόφους*] Huc respicit Aristoph. Acharn. 965. *κραδαίνων τρεῖς κατασκίους λόφους*. Galeam *τρίλοφον* sæpius memorant veteres. *τρυφαλείη* apud Homer. Iliad. Γ, 372. secundum grammaticos est *ἡ τρεῖς φάλους ἔχουσα*. Eurip. Orest. 1487. *τρικόρυθος Αἴας*. Eratosthen. Catast. 13. p. 5. *καὶ ἅμα Ἡνίοχον ἔχων παραβάτην, ἀσπιδίον ἔχοντα, καὶ τριλοφίαν ἐπὶ*

τῆς κεφαλῆς. Alciphr. 3, 16. κράνους δὲ ἐπαινεῖς τριλοφίαν, καὶ ἀσπίδος ἐρᾷς. ubi Berglerus contulit Strabon. 3. p. 231. qui tradit Lusitanos τριλοφίαν gessisse. Polyæn. 8, 59. τρίλοφον κράνος. Cf. Virgil. Æn. 7, 785. Adjice Homer. Odyss. T, 177. Δωριέες τε τριχάϊκες. ubi schol. Ἀπολλώνιος τοὺς πολεμικοὺς λέγει, ἀπὸ τοῦ ἀΐσσοντας καὶ ἐπισείοντας τὰς κόμας ἐν τῇ περικεφαλαίᾳ ἐν τῷ πολεμεῖν, ἴσον τῷ κορυθάϊκι. εἰσὶ δὲ, οἳ τοὺς τριλόφους, οἱ δὲ τοὺς ὀρχηστὰς ἀποδιδόασιν. BLOMF.

385. σείει] Cristam quatere terrificum putabatur. Tyrtæus Stobæi 50. p. 191. Δεξιτερῇ δ' ἐν χειρὶ τινασσέτω ὄβριμον ἔγχος, Κινείτω δὲ λόφον δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς. Alcæus apud Eustath. in Iliad. B. p. 367, 28. Λόφον σείων Καρικόν. Idem apud Athen. 14. p. 627 A. Λευκοὶ καθύπερθεν ἵππειοι λόφοι νεύουσιν κεφαλαῖσιν ἀνδρῶν τἀγάλματα. Ælian. apud Suid. v. Βούλυτος. Καὶ βαίνων μακρὰ, καὶ αἴρων τὸν τράχηλον, καὶ τὸν λόφον ἐπισείων, οἷον ὁπλίτης γαῦρος. Hesych. Τινακτοπήληξ. σεισόλοφος. Ceterum huc respicere videtur Aristophanes Ran. 1015. ubi se jactat Æschylus, non ad instar Euripidis, personas suas finxisse Μήτ' ἀγοραίους, μήτε κοβάλους, ὥσπερ νῦν, μήτε πανούργους· Ἀλλὰ πνέοντας δόρυ καὶ λόγχας, καὶ λευκολόφους τρυφαλείας, Καὶ πήληκας, καὶ κνημῖδας, καὶ θυμοὺς ἑπταβοείους. Alcæi locus, λόφον σείων Καρικὸν, ex Herodoto illustratur, 1, 171. καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι Κᾶρές εἰσι οἱ καταδέξαντες. De cristæ motatione conf. Homer. Iliad. X, 132. Odyss. X, 124. Aristoph. Pac. 1172. Theocrit. 22, 186. BLOMF.

δὲ τῷ] δὲ τοῦ Vindob. duo. δ' ἔσω M. sed adscripto γρ. δὲ τῷ.

386. κώδωνες] *Tintinnabula*. Hæc forsan gerebat Tydeus, equis terricula, quos tintinnabulorum sonitu explorare solebant, possentne strepitus bellicos ferre, ut tradunt Photius et Suidas; unde κωδωνίζειν. Eodem modo coturnices explorabant, teste Aristarcho ap. Harpocrat. v. Διεκωδώνισε. Nostri locum respexisse videtur Auctor Rhesi 306. Γοργὼν δ' ὡς ἐπ' αἰγίδος θεᾶς Χαλκῆ, μετώποις ἱππικοῖσι πρόσδετος, Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον. Ibid. 383. Κλύε δὴ κόμπους κωδωνοκρότους Παρὰ πορπάκων τοὺς κελαδοῦντας. *e loris scuti*. Κώδων autem significat *metallinum quid sonorum*. Sophocl. Ajac. 17. Χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς. Ubi schol. κώδων καλεῖται τὸ πλατὺ τῆς σάλπιγγος. In Aristoph. Ran. 963. Æschylus ab

Euripide ridetur, utpote Κύκνους ποιῶν καὶ Μέμνονας κωδωνοφαλαροπώλους. ubi schol. Ἀπολλώνιός φησιν, ὅτι παρήνεγκε χρωμένους κώδωσί τινας. κώδωνας ἐν τοῖς φαλάροις καὶ χαλινοῖς τῶν ἵππων ἔχοντας. Vide et Av. 842. 1160. de alia κωδώνων ratione. BLOMF.

390. πρεσβίστος potest esse vel τιμιώτατος, ut expl. schol. *Astrorum decus*, ut ait Virgil. Æn. 9, 405. a Stanleio citatus; vel *antiquissimus;* Lunæ enim antiquitas in proverbium abiit. Priorem sensum præfero, qui huic verbo in temporibus heroicis accrevit, cum senex quisque maxime suspiciebatur. Homeri πρέσβα θεὰ Etymologus p. 687, 3. explicat πρεσβυτάτη, ἐντιμοτάτη. Herodot. 5, 63. τὰ γὰρ τοῦ Θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν. *magis reverebantur*, ut apud Latinos, *antiquius habebant*. Sophocles Tereo, ap. schol. Venet. ad Iliad. O, 705. Ἥλιε, φιλίπποις Θρῃξὶ πρέσβιστον σέλας. (vulgatur ἔλιε—Θριξί. vid. Eurip. Hecub. 428.) Valckenær. in Adoniaz. Theoc. p. 318. C. confert Sophocl. ap. Hesych. v. Δαίς. Ἦλθεν δὲ Δαὶς θάλεια, πρεσβίστη θεῶν. Erinna ap. Stob. Flor. p. 49. Σοὶ μόνᾳ πρέσβιστα δέδωκε Μοῖρα Κῦδος. Ceterum bene observavit scholiasta, Solem apud Pindarum ἄστρον audire, sc. Olymp. 1, 9. BLOMF.

ἄστρων] ἀνδρῶν Etym. M. p. 753, 22.

νυκτὸς ὀφθαλμὸς] Ita plane Pindarus Olymp. 3, 35. διχόμηνις ὅλον χρυσάρματος ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε Μήνα. STANL. Sic Euripidi Iph. T. 194. sol dicitur ἱερᾶς ὄμμ' αὐγᾶς ἅλιος. Soph. Antig. 104. ὦ χρυσέας ἁμέρας βλέφαρον. i. e. *sol*. Noster Pers. 428. Ἕως κελαινῆς νυκτὸς ὄμμ' ἀφείλετο. ubi tamen pro *nocte* poni judicat Stanleius. Tragicorum in his rebus grandiloquentiam ridet Aristoph. Nub. 284. Ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀκάματον σελαγεῖται Μαρμαρέαισιν ἐν αὐγαῖς, quod monuit Valckenær. Animadv. in Ammon. p. 76. BLOMF.

391. ὑπερκόμποις omnes. Dedi ὑπερκόποις, et in v. 404. ὑπέρκοπον, quum nullus sit tragicorum locus, ubi alteram formam metrum requirat, quidam vero ubi respuat, ut infr. v. 451. Choeph. 134. Sophocl. Ajac. 127. quem tamen citans schol. Venet. ad Iliad. E. 449. habet ὑπέρκομπον. Corrigo igitur, unius literulæ omissione, Pers. 342. 825. 838. Ibid. 796. pro τοὺς ὑπερκόμπους ἄγαν, lege ex Mediceo ὑπερπώλους. [Imo ὑπερπόλλους.] ὑπέρκοπος dicitur ut παράκοπος. Serior tamen ætas, ut videtur, inseruit μ; dixit enim Menander, si modo isti sint

Menandri versus apud Strabon. 10. p. 452. Τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα Φάων' Οἰστροῦντι πόθῳ. Idem accidit in aliis quibusdam vocibus. BLOMF. Scribendum ὑπερκόποις cum Blomfieldo.

392. μάχης] δ' addit A.

393. χαλινῶν B. Rob. χαλινῶν δ' vulgo.

ὣς] Ex M. annotatum $\overset{\text{δυς}}{\text{ὣς}}$.

κατασθμαίνων μένει] κατασθμαίνει μένων Rob. μένει non verbum est, sed dativus substantivi. Sic Agam. 237. βίᾳ χαλινῶν τ' ἀναύδῳ μένει. Eum. 651. οὐδὲν ἀσθμαίνων μένει.

394. ὅστις] ὥς τις Ald. Turn.

βοὴν] βοῇ L.

ὁρμαίνει μένων] ὁρμαίνων μένει codices aliquot. Scribendum ὁρμαίνει κλύων cum Tyrwhitto: quod legisse videtur scholiasta, τὸ δὲ ἑξῆς, οὕτως ἀσθμαίνει καὶ σπεύδει ὡς ἵππος πολεμιστὴς σάλπιγγος ἀκούων, ἐπιθυμῶν πολέμου, ὅτε εἴργεται πρὸς τοῦ ἐπιβάτου.

396. κλήθρων M. κλείθρων vulgo.

398. ἑλκοποιὰ] *Vulnifica*. Schol. A. Ταῦτα παρ' Ἀλκαίου εἴρηται. οὐ τιτρώσκει τὰ ἐπίσημα ὅπλα, οὐδὲ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ δύναμιν ἔχει, εἰ μὴ ἄρα ὁ φέρων αὐτὰ γενναῖος ᾖ. Hæc citans ex MS. F. Ursinus Lyric. Fragm. p. 108. habet, εἰ μὴ ἄρα ὁ φεύγων αὐτὰ δύναμιν ἔχῃ καὶ γενναῖος ᾖ. Idem fabulam vocat Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Miror neminem interpretum contulisse Liv. 10, 39. *Non enim cristas vulnera facere; et per picta atque aurata scuta transire Romanum pilum.* Tacit. Agric. 22. *Ne terreat vanus adspectus, et auri fulgor atque argenti, quod neque tegit neque vulnerat.* BLOMF.

γίγνεται] γίνεται edd. ante Porsonum.

402. ἡ 'ννοία] ἡ ἄνοια libri, quod in edd. recentioribus ἡ 'νοια scriptum. Substantivo ἔννοια opus esse intellexit Blomfieldus, qui ἐννοίᾳ scripsit. Veram scripturam ἡ ̓́ννοια ex codice memorat Burtonus, quam correcto accentu recepi.

403. πέσοι] πέσῃ aliquot codd.

404. ὑπέρκομπον] Scribendum ὑπέρκοπον ex Guelf. et Mosq. secundo. ἠπέρκομον Ald.

405. ὀρθῶς] γ' addunt Barocc. Ald. Turn., non Steph.

406. τὴν] Scribendum τήνδ' ex M. et quattuor aliis.

μαντεύσεται] μαντεύεται tres codd.

408. *τόνδ'*] *τῶνδ'* Grotius in Excerptis. "Butlerus existimat Eteoclem in scenam ducibus stipatum prodiisse, et ex iis quosdam ad portarum custodiam selegisse. Recte: vid. v. 472." BLOMF.

411. *αἰσχρῶν γὰρ ἀργὸς*] Rarior, credo, hæc constructio, sc. *ἀεργὸς ἔργων αἰσχρῶν*. Eurip. Iph. T. 1000. *Στρατὸς γὰρ ἄθροος, ἀργὸς ὢν τῶν οἰκόθεν*. BLOMF.

412. *σπαρτῶν*] Nota est fabula de Cadmea satione. Stanleius advocat schol. Eurip. Phœniss. 498. *Οἱ περιλειφθέντες τῶν σπαρτῶν, ὡς Αἰσχύλος φησὶν*, (credo in *Λαΐῳ*) *ἦσαν Χθόνιος, Οὐδαῖος, Πέλωρος, Ὑπερήνωρ, καὶ Ἐχίων, ὃς ἔγημεν Ἀγαυὴν, τὴν Κάδμου θυγατέρα, ἐξ ἧς ποιεῖ Πενθέα, οὗ ὁ Κλάσας, οὗ Μενοικεὺς, οὗ Κρέων καὶ Ἰοκάστη*. Vid. infra 474. BLOMF.

ἐφείσατο] *ἐφύσατο* aliquot codd. Anacreon Brunck. Anal. vol. 1. p. 118. *Ἄρης οὐκ ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν*. BLOMF.

414. *κύβοις*] Eurip. Suppl. 330. *ἄλλα βλήματ' ἐν κύβοις βαλεῖν*. sc. *Ἄρεος*. Stanl. confert Rhes. 183. *Ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαίμονος*. Adjiciatur ejusdem fabulæ v. 447. ab Hemsterhusio correctus, *Ῥίπτεις κυβεύων τὸν πρὸς Ἀργείους Ἄρην*. Conf. Valckenær. ad Phœniss. 1235. BLOMF.

415. *Δίκη δ' ὁμαίμων κάρτα νιν προστέλλεται—πολέμιον δόρυ*] *Jus vero cognationis eum potissimum*, s. *vehementius quam alios impellit, ut a matre, quæ eum peperit, hostium tela propulset. δίκη ὁμαίμων*, pro *jure consanguinitatis* s. *cognationis* dictum significat pietate in patriam obligari Melanippum, ut pro ea prœlii periculum suscipiat, idque belli genus justissimum esse. SCH. Scholiasta, *τὸ τῆς συγγενείας δίκαιον στέλλει αὐτὸν εἰς τὴν μάχην*.

Δίκη] *δίκῃ* A.B. aliique nonnulli et Turn.

ὁμαίμων M. aliique nonnulli et Steph. Plerique vel *ὁ δαίμων* cum Ald. Rob. Turn. vel $\overset{\text{δ}}{\text{ὁμαίμων}}$. Ad *δίκῃ δ' ὁ δαίμων* in A.B. gl. adscriptum *δικαίως ὁ Ἄρης*.

Melanippum ante Prœti portam cum Tydeo congressum memorant Apollodorus 1, 8, Pausanias 9, 18, 1, et Statius 8, 718. Et Apollodorus quidem narrat Tydeum a Melanippo in ventre percussum esse; qui quum semianimis jaceret, Palladem medicamentum precibus a Jove impetratum attulisse, quo illum faceret immortalem; Amphiaraum vero ejus odio commotum, ut eum immortalitatis dono privaret, celeriter Melanippi caput a se abscissum ei præbuisse; quod Tydeum

vindictæ cupiditate incensum, effregisse cerebrumque exsorbuisse. Qua immanitate narrat ab eo Minervam abalienatam beneficio, quod ei constituisset, indignum judicasse. Pausanias refert, a Prœtide porta, ubi Chalcidem iter sit, ad viam publicam ostendi Melanippi sepulcrum, quem bellica virtute præstantissimum nominat, eumque postquam Tydeum et Mecisteum Adrasti fratrem occidisset, ipsum quoque ab Amphiarao interfectum esse scribit. Aliter Statius hanc narrationem informavit. Etenim secundum eum Melanippus Tydeum graviter vulnerat; Tydeus vero vicissim, ægre viribus quæ superessent collectis, telo Melanippum transfigit. Tydeo jam moribundo, ac nihil aliud optanti nisi ut sibi quis Melanippi caput apportet, Capaneus obsequitur humerisque allatum spectandi vulnerati hostis copiam Tydeo facit. Tum is caput Melanippi abscissum porrigi sibi jubet.

Spectat atrox hostile caput, gliscitque tepentis
Lumina torva videns, et adhuc dubitantia figi.
Infelix contentus erat. Plus exigit ultrix
Tisiphone; jamque inflexo Tritonia patre
Venerat, et misero decus immortale ferebat,
Atque illum effracti perfusum tabe cerebri
Adspicit, et vivo scelerantem sanguine fauces.
Nec comites auferre valent. Stetit aspera Gorgo
Crinibus emissis, rectique ante ora cerastæ
Velavere deam; fugit aversata jacentem,
Nec prius astra subit, quam mystica lampas et insons
Ilissus multa purgavit lumina lympha. SCH.

417—421 = 452—456.

1006. πόλεως] χθονός Cantabr. primus. Recte fortasse Blomfieldus Καδμείας χθονός—ἐπ' εὐνοίᾳ πόλεως.

1009. εἴργων codd. plerique et Rob. στυγῶν pauci cum Ald. Turn.

1010. ἱρῶν] ἱερῶν libri: quod servari poterat in initio versus. δ' ab alia m. habet M.

ἱερῶν πατρῴων δ' ὅσιος ὢν] Mira structura, quam utcunque explicat scholiasta, λείπει ἡ ὑπέρ, ἵν' ᾖ, ὑπὲρ ἱερῶν πατρῴων ὁσίως μαχόμενος ἀπέθανεν ἀμέμπτως.

1011. οὗπερ] Fort. ὥσπερ. BLOMF.

1014. ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον ἁρπαγὴν κυσὶν] Solennis in hac re loquendi formula erat, inhumata corpora volucribus et feris relinqui; jam ex Homero nota. SCH. Varie hoc efferunt reliqui tragici. Soph. Antig. v. 211: ἐᾶν ἄθαπτον καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστόν. Eurip. Phœn. 1624. ἐκβάλλετ' ἄθαπτον τῆσδ' ὅρων ἔξω χθονός. v. 1628. ἐᾶν ἄκλαυστον ἄταφον οἰωνοῖς βοράν. Sophocl. rursus in Antigone v. 29: ἐᾶν ἄκλαυστον ἄταφον οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς. Unde videtur mutuatus Euripides in Suppl. v. 282: μὴ ἀτάφους χάρματα θηρῶν παῖδας κατίδῃς. ABRESCH.

1015. Καδμείων] Καδμείας A.

1016. δορί] Scribendum δόρει hic et alibi in fine trimetri.

1019. ἦρει] *Capere volebat.*

1020. πετεινῶν] πετηνῶν M.

1021. ταφέντ'] Recte vidit anonymus apud Burgessium, ὑπ' οἰωνῶν ταφῆναι nihil aliud esse quam *alitibus devorari.* Unde γῦπες ἔμψυχοι τάφοι Gorgiæ dicuntur apud Longin. π. ὑ. §. 3. ubi vide omnino Ruhnkenium. Alia quædam commode citat Abresch. e. g. Achill. Tat. 3. p. 165. notans Sophoclem volucres canesque ταφέας vocare Electr. 1488. ubi vid. Brunck. et Musgrav. et G. Cuper. Obs. I. 46. de populis quibusdam, qui canes ἐνταφιαστὰς vocabant. BLOMF.

1022. τυμβοχόα χειρώματα] *Tumuli aggestiones manibus factæ.* Nulla est quæstio de libatione in tumulum effundenda, quod putarunt Stanleius et Schutzius. Hesych. Τυμβοχοῆσαι. περιχῶσαι. θάψαι. Lex. MS. ap. Albert. explicat τύμβου χωστοῦ ἀξιῶσαι. Photius, Τυμβοχοεῖ. θάπτει. Homer. Iliad. Φ. 322. οὐδέ τι μιν χρεὼ Ἔσται τυμβοχοῆσ', ὅτε μιν θάπτωσιν Ἀχαιοί. ubi Schol. Ven. οὐκ ἔσται αὐτῷ χρεία χώσεως τάφου. Vid. Auctar. in Hesych. vol. 2. p. 1433. Etymol. M. p. 771, 39. Τυμβοχοεῖ. θάπτει χωστῷ τάφῳ. quo sensu ponitur ap. Herodot. 7, 117. Hinc ἔργμα τυμβόχωστον Sophocl. Antig. 848. BLOMF.

1024. εἶναι δ'] δ' εἶναι Barocc. Ald.

1025. τῷδε] τῷ γε F.

1026. γε om. Barocc. Ald. Rob.

1027. ἦν] εἰ Ald. Turn.

θέλῃ] θέλοι M.

1028. κἀνὰ (κἂν εἰς Rob.) κίνδυνον βαλῶ] Notandum κίνδυνον ἀναβάλλειν. Usitatum est κίνδυνον ἀναρρίπτειν. εἰς κίνδυνον ἐμβαλῶ ἐμαυτήν explicat scholiasta.

1031. δεινὸν] γὰρ addunt aliquot codd. et Rob.

1033. κοινώνει] κοινωνεῖ B.

κακῷ] Scribendum κακῶν ex decem codd. et Rob.

1035. τούτου] τούτῳ aliquot codd.

οὐδὲ] Mallem οὔτι. BLOMF.

κοιλογάστορες] Recte schol. per μεγαλογάστορες explicat, i. e. voraces. Sic ap. Philostr. p. 615. de homine vorace: Κοίλῃ γαστρὶ χρῆσθαι καὶ πλεῖστα ὀψοφαγῆσαι. Quem locum comparavit Wakefieldus.

1036. πάσονται] σπάσονται A.B. et decem alii, non M. "Recte. Notum est compositum λυκοσπάς. Hesychius: Λυκοσπάδες ἵπποι. ὑπὸ λύκων διεσπασμένοι. Eurip. Hecub. 1115. ἵν' ἁρπάσας χεροῖν Διασπάσωμαι. Bacch. 338. Ὃν ὠμόσιτοι σκύλακες, ἃς ἐθρέψατο, Διεσπάσαντο. Aristoph. Ran. 475. τὼ νεφρὼ δέ σου—Διασπάσονται Γοργόνες Τιθραύσιαι. Eurip. Herc. Fur. 568. Ῥίψω, κυνῶν ἕλκημα. Diotogenes ap. Stob. 123, p. 614. ἂν μὲν κύνες αὐτὸν σπαράξωσιν. Sophocl. Antig. 257. Σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς, οὔτε τοῦ κυνῶν Ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο. Horat. Epod. 5, 99. *Post insepulta membra* DIFFERENT *lupi*. πάσονται vero simplicitati pastoritiæ magis convenit. Theocrit. 3, 53. Κεισεῦμαι δὲ πεσὼν, καὶ τοὶ λύκοι ὧδέ μ' ἔδοῦνται. Vide varr. lectt. in Theocrit. Adoniaz. 90." BLOMF.

1037. αὐτῇ Pierson. Veris. 1, 3. p. 41. Legebatur αὐτῷ. αὐτοῦ Guelf.

1042. τόδε] τάδε M. aliique nonnulli et Rob.

1045. τράχυν'] I. e. *asperum dic*. Recte schol. λέγε πολλάκις ὅτι τραχύς ἐστιν ὁ δῆμος. τραχύνεσθ' Ald.

1047. οὐ διατετίμηται] Lectio vitiosa.

1049. ἀντημείβετο] ἀντημείψατο Cantabr. primus. ἀνταμείβεται E.

1051. περαίνει] περαίνοι Ald. Hunc versum Præconi adsignant Ald. Turn. Steph. Antigonæ ceteri. Fateor vero me

nihil addubitare, quin hic versus, a lectore quodam diligente ad voces μὴ μακρηγόρει in margine adscriptus, postea in textum irrepserit. Est nimirum στίχος παροιμιώδης, cui similis ille apud Suid. Ἔρις δ' ἔριν τίκτουσα προσμνᾶται λόγον. Quod si omnino retinendus sit, choro potius quam Antigonæ tribuatur, ut contentio, pro more tragicorum, singulis versibus procedat. BLOMF.

1053. ἴσθ'] ἦσθ' aliquot codd. et Rob.

1054. XO.] Hemichorio tribuit Ald.

φθερσιγενεῖς] θαρσιγενεῖς Rob.

1055. Ἐρινύες M. Ἐριννύες vulgo.

1056. πρυμνόθεν] πρέμνοθεν ex MS. correxit Is. Vossius ad Hesych. vv. αὐτόπρεμνος. πρύμναδε. merito probante Albertio, qui citat αὐτόπρεμνον ex Eumen. 404. Sophocl. Antig. 714. Eadem medela indiget Apollonius Rhodius 4, 1658. de pinu, ὕστερον αὖτε Πρυμνόθεν ἐξεαγεῖσα κατήριπεν. BLOMF. Scribendum πρέμνοθεν. Vid. ad v. 71.

1057. Ismenæ persona præscripta in A.B. Barocc. Ald. Turn., Antigonæ in Rob. Steph. Choro recte continuavit Schuetzius.

τί δὲ δρῶ] τί δ' ἐρῶ M.

μήσωμαι] μήσομαι aliquot codd.

1058. πῶς] πῶς πῶς tres codd. et Ald. Turn.

μήτε] μήποτε aliquot codd. et Ald. Turn. μή Rob.

σὲ om. Turn.

κλαίειν] Scribendum κλάειν ex A. Ald. Rob. Turn. κλαίειν (γρ. κλᾴειν) B.

μήτε π.] μήποτέ σε π. Barocc. Ald. Rob. Turn. μήποτε π. aliquot codices.

1059. τύμβῳ] Præstat τύμβον, quod est in A. aliisque nonnullis et pro var. lect. in B.

1062. In libris adscripta hemichorii persona. Delevit Blomfieldus.

1063. τεύξει] τεύξῃ libri.

1064. μονόκλαυτον] μονόκλαυστον aliquot codd.

ἔχων θρῆνον] θρῆνον ἔχων aliquot codd. et Ald. Rob.

1065. εἶσι] Libri partim sic partim εἶσιν.

τίς ἂν ταῦτα] Sic Porsonus correxit librorum vitia τις οὖν ταῦτα, (quod est in Ald. Rob.), τίς ἂν οὖν ταῦτα, τίς ἂν οὖν τὰ (sic Turn.), τίς οὖν ἂν τὰ, τίς οὖν τὰ, τίς ἂν οὖν.

πίθοιτο] πείθοιτο codd. plerique et Ald. Turn.

1066. HM.] Antigonæ hæc tribuit Rob.

δράτω] δὲ addidit Turn. τε Canterus.

τι addidit Elmsleius ad Eur. Med. 1224.

1067. κλαίοντας] Scribendum κλάοντας cum Porsono.

Πολυνείκη M. πολυνεικῆ B. Vulgo Πολυνείκην.

1068. μὲν] γὰρ M. et octo alii cum Ald. Turn. μὲν γὰρ duo cum Rob.

συνθάψομεν] ξυνθάψομεν Brunckius recte.

1069—1071. Hæc vulgo in duos dimetros divisa.

1070. ἄχος] ἄχθος aliquot codd. et Rob.

ἄλλως] οὐκ ἄλλως Rob.

1072. HM.] Sic Rob. XO. Ald. Turn.

1076. μὴ 'νατραπῆναι] Libri plerique μὴ ἀνατραπῆναι. Scribendum μἀνατραπῆναι.

1077. ἀλλοδαπῶν] ἀλλοδαπῷ aliquot codd. inter quos M.

P E R S Æ.

C. G. Schuetzii Prolegomena.

IN historia belli Persici, e qua tragœdiæ hujus argumentum sumsit Æschylus, multa esse, in quibus poeta ab historicis, nominatim Herodoto, dissentiat, facile deprehenditur. Primum in populorum sub Xerxe stipendia merentium, ducumque et imperatorum nominibus parum ei cum Herodoto convenit. Herodoto enim si credimus (7, 61 sqq.) in exercitu Xerxis Persis præfuit Otanes Amastris filius, Medis Tigranes, Cissiis Anaphes, Hyrcaniis Megapames, Assyriis Otapes Artachæi filius, Bactriis Hystaspes, Indis Pharnazathres, Ariis Sisamnes, Parthis et Chorasmiis Artabazus, Sogdis Azanes, Gandaris et Dadicis Artyphius, Caspiis Ariomardus, Sarangis Pherendates, Pactyibus Artynes, Utiis et Mycis Arsamenes, Paricaniis Siromitres, Arabibus et Æthiopibus Arsames, Afris Massages, Paphlagonibus et Matienis Dotus, Mariandynis, Ligyibus et Syris Gobryas et Artystones, Phrygibus et Armenis Artochmes, Lydis et Mysis Artaphernes, Thracibus Bassaces, Lasoniis etc. Badres, Moschis ac Tibarenis Ariomardus, Macronibus et Mosynœcis Artayctes, Maribus et Colchis Pharendates, Alarodiis et Saspiribus Masistius, Insularum maris Erythræi incolis Mardontes. Præter hosce singulorum populorum præfectos sex alios, qui summæ rerum præerant in exercitu terrestri, (præter decem millia selectorum, quibus imperabat Hydarnes) nominat Herodotus (7, 82.) Mardonium, Tritantæchmen, Smerdomenen, Masisten, Gergin et Megabyzum. Summi vero classis præfecti Herodoto teste fuere Ariabignes, Prexaspes, Megabazus, Achæmenes; quorum sub auspiciis Sidoniis præerat Tetramnestus, Tyriis Mapen, Aradiis Nerbal, Cilicibus Syennesis, Lyciis Cyberniscus, Cypriis Gor-

gus et Timonax, Caribus Histiæus, Pigres, et Damasithymus. Quorum nominum paucissima apud Æschylum occurrunt. Neque vero multa eum omisisse mirandum esset, utpote qui tragœdiam, non historiam scriberet; sed hoc tamen mirum est, Æschylum multa ducum nomina memorare, quorum nullam Herodotus mentionem fecerit. Qua quidem re adducor fere ad suspicandum, poetam nostrum, ut scholiastæ quoque visum est, pleraque illa ducum nomina suopte ingenio finxisse.

Deinde in causis expeditionis a Xerxe susceptæ tradendis historiæ veritatem paulisper inflexit Æschylus. Nihil enim de Darii consilio Græciam novo bello persequendi, Atheniensesque ulciscendi tradidit Herod. (6, 4.), quod ille exsecuturus erat, nisi morte præpeditus fuisset. Et quamquam v. 244. Chorici senes cladis a Dario apud Marathonem acceptæ quasi prætereuntes mentionem injiciunt, tamen et ipsum illud clarissimum Marathonis nomen silentio tegunt, et alibi sic de Dario loquuntur, quasi semper ille invictus discesserit, nec umquam quæ incepisset, sinistre ei evenerint. Herodotus porro Xerxi primum animum a bello Græciæ inferendo alienum fuisse narrat (7, 5.); post eum a Mardonio incitatum, frustra renitente Artabano, consilium cepisse belli gerundi; cujus cum eum paulo post iterum pœnituisset, tamen eum viso nocturno sæpius oblato, cui Artabanus quoque concesserit, confirmatum, in hac sententia perstitisse, ut sibi nihil utilius ac gloriosius fore putaret quam cum Atheniensibus et universa Græcia belligerare. Æschylus vero Xerxi amicos desidiam atque ignaviam exprobrasse, horumque opprobriorum stimulis, exemplo quoque patris proposito, eum ad bellum adversus Græciam suscipiendum excitasse fingit. Itaque et bellum adversus Ægyptios ante quam Græciam invaderet, feliciter a Xerxe gestum (Herodot. 7, 5.), alto apud Æschylum silentio premitur. Denique in serie regum Persiæ ducenda aliquantum Æschylus ab historicorum monumentis discedit, qua de varietate narrandi dixit Stanleius in annotatione ad v. 765.

Personæ dramatis præter chorum, quatuor sunt, Atossa, nuntius, umbra Darii, Xerxes. Chorus constat senibus, principibus viris et summo loco natis, quibus Xerxes curam rei publicæ ac domesticæ demandaverat. Septem eos regni proceres fuisse suspicatur Stanleius; sed de numero incerta res est. Atossa, Darii vidua, mater Xerxis, id temporis jam pro-

vectioris ætatis erat. Nuntius non ex eorum numero est, quos Xerxem per certa stationum intervalla disposuisse scribit Herodotus, sed ipse rerum gestarum testis. Darius autem Hystaspis filius quinque annis ante Persarum cladem mortuus erat. Ejus umbram ab inferis evocatam spectatoribus ostendit tragicus noster, in quo eum ob generosam nova inveniendi audaciam jam antiqui scriptores laudant. Xerxen denique non solum, sed comitantibus forte paucis asseclis, mutis personis, scenam ingressum esse conjicio. Agitur autem fabula Susis, ante regias ædes; quas a dextro aut sinistro latere scenæ repræsentatas fuisse, credibile est, ita ut a postica ejus parte Darii sepulcrum spectatoribus ostenderetur.

Diei tempus nuspiam in hac tragœdia diserte notatur. Actionis tamen initium ante meridiem poni inde colligitur, quod Atossa somnii quod superiore nocte viderat, narrationem non videtur in postmeridianum tempus distulisse.

Scenam ædibus ac Darii monumento decoratam fuisse res ipsa docet. Quonam vero schemate Æschylus usus fuerit ad histrionem qui Darii umbram imitabatur, vestiendum, non constat. Illud certum est, eum habitu quoque spectri quandam similitudinem præ se tulisse. Machinis quoque locum fuisse conjicio, quibus extolleretur Darii persona, cum surgeret ab inferis, ac ad eosdem rediens, deprimeretur. SCHUETZ.

De tempore hujus tragœdiæ ejusque ad Phrynichi Phœnissas rationibus optime disseruit Blomfieldus in præfatione ad Persarum editionem: cujus disputationis summam nos partim Blomfieldi partim nostris utentes verbis exhibemus.

Salamine pugnatum est olymp. 75, 1. Ejusdem Olympiadis anno tertio, Phrynichus tragœdiam Athenis docuit, vicitque, Themistocle chorego, prætore Adimanto. Nec dubium esse potest, quin Phœnissæ fuerit ista qua vicit fabula: "quod enim aptius argumentum inveniri poterat, et uberius ad gloriam Themistoclis, quam clades Xerxis, in qua tanta ejus opera fuerat[a]?" Hoc autem fuisse Phœnissarum argumentum discimus ex auctore argumenti ad Persas, qui citat Glaucum Rheginum *ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων*. Prologum tragœdiæ Phrynicheæ agebat eunuchus, qui, dum Persarum magistratibus

[a] Bentleii Dissert. de Phalar. ex versione Lennepii p. 293. ed. 1781.

sedilia quædam sternebat, cladem Xerxis narrabat. Exordium autem hujusmodi erat,

Τάδ' ἐστὶ Περσῶν τῶν πάλαι βεβηκότων.

Erat autem, ni fallor, eunuchus iste servus, ex eorum genere, qui *στρῶται* dicebantur, de quibus insignis est Athenæi locus 2. p. 48. C. *Πρῶτοι δὲ Πέρσαι, ὥς φησιν Ἡρακλείδης, καὶ τοὺς λεγομένους Στρώτας ἐφεῦρον, ἵνα κόσμον ἔχῃ ἡ στρῶσις καὶ εὐάφειαν. τὸν οὖν Κρῆτα Τιμαγόραν, ἢ τὸν ἐκ Γόρτυνος (ὥς φησι Φανίας ὁ Περιπατητικὸς) Ἔντιμον, ὃς ζήλῳ Θεμιστοκλέους ἀνέβη ὡς βασιλέα, τιμῶν Ἀρταξέρξης σκηνὴν μὲν ἔδωκεν αὐτῷ διαφέρουσαν τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος καὶ κλίνην ἀργυρόποδα, ἔπεμψε δὲ καὶ στρώματα πολυτελῆ καὶ τὸν ὑποστρώσοντα, φάσκων οὐκ ἐπίστασθαι τοὺς Ἕλληνας ὑποστρωννύειν.* Unde liquet, artem sedilia sternendi, quæ Homeri[b] ætate rudior erat, peculiarem apud Persas servum postulasse. Nec dubito, quin ipsas voces, *στορνὺς θρόνους*, quas ex Glauco affert Grammaticus, ipse Phrynichus usurpaverit. In *θρόνῳ* enim, seu *δίφρῳ* insidere, apud Persas dignitatis indicium erat. Herodot. 3, 144. *τῶν Περσέων οἱ πλείστου ἄξιοι θρόνους θέμενοι κατεναντίον τῆς ἀκροπόλιος ἐκατέατο.* et ibid. 146. *τῶν Περσέων τοὺς διφροφορευμένους τε καὶ λόγου πλείστου ἐόντας ἔκτεινον.* Quinto post Phrynichi Phœnissas anno Persas docuit Æschylus archonte Menone, olymp. 76, 4. et coronam meruit, ut ab scriptore argumenti proditum est, *Ἐπὶ Μένωνος τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ*[c]. Hinc autem factum est, ut opinor, quod inter Phrynichi tragœdias recensentur apud Suidam *Φοίνισσαι* et *Πέρσαι*, quarum illa Phrynichi, hæc Æschyli fuit, similis argumenti, titulis tantum differentes, si verum sit, quod tradit Glaucus apud argumenti auctorem, Æschyli Persas ex Phrynichi Phœnissis *παραπεποιῆσθαι*. Sed nihil aliud significat quam Æschylum eodem fere modo quo Phrynichum Xerxis cladem per narratorem ante spectatorum oculos posuisse. Namque insignis est inter duos auctores diversitas ab ipso Glauco commemorata: quod apud Phrynichum in ipso fabulæ initio narratio ab eunucho facta sit, apud Æschylum vero, non nisi post chori nobilem cantum et colloquium ejus cum Atossa, de

[b] Odyss. T. 97. *Εὐρυνόμη, φέρε δὴ δίφρον καὶ κῶας ἐπ' αὐτοῦ.*

[c] *Προμηθεῖ*] Id est *Προμηθεῖ πυρφόρῳ*: de quo dixi in annotatione ad fragmenta hujus fabulæ. G. DINDORF.

filii salute anxia. Sed hoc argumentum plenius tractavit Hermannus in dissertatione de Æschyli Persis p. vii. (Opusc. vol. 2. p. 91.). Chorum Phrynichi ex mulieribus compositum fuisse conjicimus Phœnissis, istorum Phœnicum uxoribus, qui Xerxis jussu post pugnam Salaminiam decollati erant, uti narrat Herodotus 8, 90. Æschyli vero chorus ex senibus constat, tum annis tum dignitate venerabilibus, qui universæ gentis Persicæ pavorem et luctum exprimant. Par est credere Phrynichum diem ante obiisse quam Æschyli fabula edita sit, nec tamen idcirco credibile est illius scrinia hunc aperte compilasse; nec usque adeo premenda est significatio vocis *παραπεποιῆσθαι*. Euripides Penthei fabulam eodem modo quo Æschylus tractavit, et nihil nisi nomen mutavit, ut ait scriptor argumenti ad Bacchas; *ἡ μυθοποιΐα κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ· τὸ ὄνομα μόνον μεταπεποίηται Εὐριπίδῃ*, sed et hoc de *μύθῳ* tantum intelligendum, minime vero de dictione aut externis tragœdiæ ornamentis. Æschylus autem non adeo inventione pauper erat, ut Phrynichi fabulas recoqueret. Audi ipsum de se loquentem apud Aristophanem in Ran. 1298.

ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν ἐς τὸ καλὸν ἐκ τοῦ καλοῦ
ἤνεγκον αὔθ', ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ
λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων.

Persarum argumentum simplex est, et simpliciter tractatum, in epopœi potius quam tragici poetæ morem, si ab Aristotelis definitione standum est; quum tota fere fabula per narrationem transigatur: nam quod Darii umbra interloquitur, id prope nihil actioni prodest. Ad compositionem fabulæ quod attinet, ter tantum contra id quod verisimile fuit peccantem deprehendi poetam: primo, quod circa prologi initium chorus testatur nullum ab exercitu nuncium Susa pervenisse; deinde, quod Darii umbra penitus ignorat qualis sit ista clades quæ Persarum gentem afflixit; et tamen paucis post versibus narrat quomodo Xerxis exercitus delubra deorum disjecerit, ipsiusque Xerxis absentis vestes laceras describit; porro quod chorus de Dario loquitur, quasi nunquam in expeditionibus bellicis fortuna minus prospera usus esset. Quod vero Persas sacrificiis Græcis utentes induxit poeta, id quum ex necessitate rei factum sit, non est eo nomine culpandus poeta.

Reliquum est ut famam quandam attingamus de Persarum

fabula in theatro Syracusano ab ipso repetita poeta, quem, quum victus in certamine scenico ab Sophocle juvene esset archonte Apsephione (olymp. 77, 3.), relicta patria in Siciliam, invitante, ut videtur, Hierone, secessisse Plutarchi constat testimonio in vita Cimonis c. 8. Ad illud igitur tempus referendum quod ex Eratosthenis commentariis rettulit scholiasta Aristophanis Ran. 1060. *δοκοῦσι δὲ οὗτοι οἱ Πέρσαι ὑπὸ τοῦ Αἰσχύλου δεδιδάχθαι ἐν Συρακούσαις, σπουδάσαντος Ἱέρωνος, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν γ' περὶ κωμῳδιῶν.* Accuratius locutus scriptor vitæ Æschyli *ἀναδιδάξαι* dixit, *Φασὶν ὑπὸ Ἱέρωνος ἀξιωθέντα ἀναδιδάξαι τοὺς Πέρσας ἐν Σικελίᾳ καὶ λίαν εὐδοκιμῆσαι*, i. e. veterem fabulam de novo docuisse. Vana enim quorundam opinio est duas Persarum editiones plus minusve diversas exstitisse, neque exstitisse solum, sed etiam in grammaticorum manus pervenisse. Quæ conjectura non alio nititur fundamento quam quod Athenæus 3. p. 86 C. *νήσους νηριτοτρόφους* scholiasta autem Hermogenis apud Bastium ad Gregor. Cor. p. 241. (vol. 5. p. 486. ed. Walz.) vocabulum *ὑπόξυλος* ex hac fabula memoravit. Quorum neutrum quum in fabula superstite legatur, nemo facile hodie erit quin vel memoria lapsos grammaticos illos esse vel librarios Persarum, nomen simili alicui, quale Perrhæbidum est, substituisse concedat potius quam de duplici cogitet recensione, cujus nullum usquam aliud indicium est repertum, nisi quis scholiastarum quorundam exemplum secutus ludicro Aristophanis invento abuti velit, de quo in annotatione ad v. 664. exponemus.

---

1. Τάδε—Περσῶν—πιστὰ] *τάδε πιστὰ* pro *οἵδε πιστοὶ*, enallage satis nota. Infra 681. *Ὦ πιστὰ πιστῶν.* Eumen. 486. *ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα.* Eurip. Orest. 1244. *Μυκηνίδες ὦ φίλαι, Τὰ πρῶτα κατὰ Πελασγὸν ἕδος Ἀργείων.* Aristoph. Ran. 419. *Νυνὶ δὲ δημαγωγεῖ Ἐν τοῖς ἄνω νεκροῖσιν, Κἄστιν τὰ πρῶτα τῆς ἐκεῖ μοχθηρίας.* Cf. Herodot. 6, 100. 9, 78. Sic Thucydides, *τὰ μέσα τῶν πολιτῶν.* Vid. omnino Hemsterhus. in Misc. Obs. 5. p. 30. et ad Lucian. vol. 1. p. 147. Sic inter Latinos Lucretius 1. 87. *prima virorum.* Ovid. Am. 1, 1, 9. *Summa ducum Atrides.* BLOMF.

πιστά] Satrapæ et amici regis Persarum solenni appellatione *πιστοὶ* audiebant; quod recte observatum est in Bibl. Crit. 4,

98. ad locum Xenophontis Anab. 1, 5, 15. *σὺν τοῖς παροῦσι τῶν πιστῶν.* BLOMF.

3. *ἀφνεῶν*] *ἀφνειῶν* tres codd.

καὶ πολ.] *τῶν πολ.* Lips. Rob.

πολυχρύσων ἑδράνων] Urbem Susa intellige, ubi hæc acta esse putantur. In ea, superatis Medis, Cyrus et Persæ regiam collocaverunt; Strabo 15. p. 727. *Ἐνταῦθα ἔθεντο τὸ τῆς ἡγεμονίας βασίλειον,* quam maxime exornaverunt. Idem p. 728. *Κοσμήσαντες δὲ τὰ ἐν Σούσοις βασίλεια μάλιστα τῶν ἄλλων.* Neque regia tantum sed pecuniarum thesauri hic erant adeo immensi, ut Aristagoras Cleomeni, si hanc urbem ceperit, Lacedæmonios cum Jove de divitiis certare posse dixerit: Herodot. 5, 49. STANL.

6. *Δαρειογενὴς*] Glossema *Δαρείου υἱὸς* textui illatum addunt M. et septem alii cum Ald. Turn.: primus ejecit Rob. et Steph. *υἱὸς Δαρείου* est in tribus aliis codd., solum *υἱὸς* in F.

7. *εἵλετο χώρας ἐφορεύειν*] Aliter Herodotus 7, 52. apud quem Xerxes soli Artabano imperium committit, his verbis: *Σῶζε οἶκόν τε τὸν ἐμὸν, καὶ τυραννίδα τὴν ἐμήν. Σοὶ γὰρ ἐγὼ μούνῳ ἐκ πάντων σκῆπτρα τὰ ἐμὰ ἐπιτραπῶ.* Quæ locutus Artabanum Susa dimisit. STANL.

9. *πολυχρύσου*] *πολυχρύσους* M. *πολυχρύσους στρατιὰς* ex L. annotavit Fæhsius.

10. *ὀρσολοπεῖται*] *ὀρσοπολεῖται* A.B. aliique multi cum Ald. Rob. Turn. Correxit Steph. Hesych. *Ὀρσολοπεῖται. διαπολεμεῖται, ταράσσεται. Αἰσχύλος.* Homer. H. in Merc. 308. *Ἦ με βοῶν ἕνεχ' ὧδε χολούμενος ὀρσολοπεύεις*; Poeta Alexandrinus *περὶ καταρχῶν* 107. a Ruhnkenio laudatus, *αἰεί κε πανήμερον ὀρσολοπεύοι Μύθῳ ὀνειδείῳ, ἢ καὶ πληγῇσιν ἰάπτοι.* Mars vocatur *ὀρσόλοπος* Anacreonti ap. Hephæst. p. 90. Photius, *Ὀρσολοπεῖν. λοιδορεῖν, πολεμεῖν.* BLOMF.

12. *Ἀσιατογενὴς*] *Ἀσιατιγενὴς* Turn.

13. *ᾤχωκε*] *οἴχωκε* M. Rob. Steph.

νέον δ' ἄνδρα βαΰζει] Recte intellexit scholiasta, *ἤτοι νεότητα πᾶσαν τῶν Περσῶν ἀνακαλεῖται ἡ Ἀσία.* Asiæ enim nomen ex adjectivo *Ἀσιατογενής* est repetendum. Ceterum in libris quibusdam *ᾤχωκεν ἑὸν* scriptum fuit vitiose, de quo schol. *γράφεται δὲ καὶ ἑὸν, ἤτοι τὸν ἴδιον ἄνδρα.*

14. *ἱππεὺς* de *ἀγγάροις* illis s. veredariis publicis accipio apud

Persas institutis, quorum rationem describit Herodotus 8, 98. SCH.

15. τὸ] τῶ M. Qui fortasse τῶν voluit.

16. τὸ Σούσων] τὸ ἄστυ Σούσων Rob.

'Εκβατάνων] Scribendum 'Αγβατάνων cum Brunckio hic et v. 535. quæ antiquior nominis forma est, de qua v. L. Dindorfius in Thesauro Stephani vol. 3. p. 375. Eam libri optimi servarunt v. 961.

17. καὶ] εἰς Rob.

Κίσσινον] Forma vitiosa hic et v. 120. errore illata librariorum ad adjectivum κίσσινος, quod hederaceum significat, aberrantium. Scribendum utrobique Κίσσιον cum Blomfieldo. Recta forma servata in libris quibusdam v. 120. et in omnibus Choeph. 423. Κισσίας νόμοις ἰηλεμιστρίας.

Κίσσιον] Strabo 14. p. 728. λέγονται δὲ καὶ Κίσσιοι οἱ Σούσιοι. φησὶ δὲ καὶ Αἰσχύλος τὴν μητέρα Μέμνονος Κισσίαν. Herodotus 6, 236. Κισσίης χώρης meminit. Hesych. Κίσσιοι. ἔθνος Περσῶν. Suidas, Κισσία. χώρα. Herodot. 7, 62. Κίσσιοι—μιτρηφόροι ἔσαν. BLOMF.

18. ναῶν] νηῶν M. et tres alii.

21. Ad nomina ducum quæ sequuntur recte annotavit scholiasta, βασιλεῖς μὲν τῶν ἰδίων πόλεων, ὑποτεταγμένοι δὲ τῷ Πέρσῃ. τὰ μὲν τῶν ὀνομάτων ἱστόρησε, τὰ δὲ τελείως ἔπλασεν.

'Αμίστρης Steph. consentientibus, ut videtur, codicibus plerisque. 'Αμνήστρης Ald. 'Αμνίστρης N. et Barocc. Probabilior nominis forma 'Αμήστρης esse videtur, quam exhibuit Rob., si quid nominis muliebris Persici Ἄμηστρις comparationi tribuendum. "'Αμίστρης," ait Brunckius, "idem esse videtur, qui infra v. 320. vocatur Ἄμηστρις, ubi libri alii Ἄμιστρις, alii contra metrum 'Αμίστρης. Virorum nomina, metro refractaria, in ordinem cogenda erant, ut versui aptari possent. Qui vulgo 'Αρταφέρνης, transpositis literis 'Αρταφρένης dici debuit."

'Αρταφρένης] 'Αρταφέρνης quinque codices. 'Αρταφρένης Æschylus non solum metri caussa, sed etiam ex Græcorum consuetudine dixit, nomina Persica Græcis quantum fieri potest assimilantium: de quo v. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 2. p. 117. "Artaphernes quidam, Artaphernis fil. Lydorum et Mysorum dux in hac expeditione memoratur Herodoto 7, 74." STANL.

22. Μεγαβάζης] Μεταβάτης M. Ald. Μεγαβάτης N. Viteb. Ceteri Μεγαβάζης. Inter nauticarum copiarum præfectos recensetur Μεγάβαζος ὁ Μεγαβατέω, Herodot. 7. 97. quod notavit Stanleius. Vid. infra 983. BLOMF. Qui recte recepit Μεγαβάτης. Neque obstare videtur syllabæ tertiæ mensura.

Ἀστάσπης] An idem qui Herodoto 7, 64. Ὑστάσπης, dux Bactriorum et Sacarum? STANL. Codd. aliquot et Ald. Rob. Ἀστάπης vitio manifesto. Vocabulum *asp*, quod in hoc aliisque nominibus Persicis continetur, equum in lingua Persarum significare constat.

24. βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι] Persarum imperatorem plures reges sibi subditos habuisse nemo nescit ideoque titulum *regis regum* sibi vindicabat; ita in inscriptione monumenti Cyrum appellatum testatur Strabo 15. p. 730. ex Onesicrito,

Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος βασιλεὺς βασιλήων.

Ita se nominat Artaxerxes in epistola ad Esdram, Esdræ 1, 7. STANL.

βασιλῆς] βασιλεῖς aliquot codd. et Ald. Rob.

28. εὐτλήμονι A.B.M. aliique. ἐν τλήμονι Ald. Turn. ἀτλημονι Rob.

29. Ἀρτεμβάρης penultimam producit v. 971. corripit vero v. 302. BLOMF.

30. Μασίστρης] Redit hoc nomen v. 970. ubi libri optimi Μασίστρας. Μασίστης nomen Persæ apud Herodotum 7, 82. 9, 107. 113. et Μασίστιος 7, 79. 9, 20. et 24. Qui sex locorum consensus facit ut Æschylo quoque utrobique Μασίστης restituendum censeam.

31. Φαρανδάκης] An qui Herodoto 7, 79. Φαρενδάτης qui Maribus et Colchis præerat? STANL. Φαρανδάκης penultimam corripit v. 957. BLOMF.

32, τ' om. tres codd. et Ald. Turn.

Σωσθάνης] θ' Σωσθάνης Ald. unde καὶ Σωσθάνης interpolatum in Turn. Paucorum codicum corruptelæ sunt σοσθάνης σουσθάνης σωσθένης σωσθίνης.

33. Νεῖλος] *Magnus* appellatur, quia ceteris longior multo et copiosior fuit, quam ob causam sæpe etiam cum de Ægypto agitur, κατ' ἐξοχὴν vocatur ὁ ποταμός. πολυθρέμμων, *almus*, *fertilis*, Epitheti rationem reddit Strabo 15. p. 695. καὶ Νεῖλον δ' εἶναι γόνιμον μᾶλλον ἑτέρων, καὶ μεγαλοφυῆ γεννᾶν καὶ τἆλλα καὶ τὰ ἀμφίβια· τάς τε γυναῖκας ἔσθ' ὅτε καὶ τετράδυμα τίκτειν

τὰς Αἰγυπτίας. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ ἑπτάδυμά τινα ἱστορεῖ τετοκέναι· καὶ αὐτὸς πολύγονον καλῶν τὸν Νεῖλον, καὶ τρόφιμον διὰ τὴν ἐκ τῶν ἡλίων μετρίαν ἕψησιν αὐτὸ καταλιπόντων τὸ τρόφιμον, τὸ δὲ περιττὸν ἐκθυμιώντων. SCH.

34. Σουσικάνης] Mutata propter metri necessitatem structura ad nominativos transit, quasi præcessisset *οἷοί εἰσι*—.

τινὲς διαιροῦσι τὸ Σοῦσις καὶ Κάνης, καὶ τὸ Πηγὰς καὶ Τάγων (MS. M. *Στάγων*). *τὰ γὰρ ὀνόματα ὁ ποιητὴς πέπλακε, καὶ οὐκ ἔστιν Αἰγυπτιακά.* Schol. *πηγὰς τ' ἀγὼν* Rob. *πηγᾶς ταγὼν* Cantabr. primus. Susiscanes infra v. 960. memoratur, quasi ex Ecbatanis profectus. BLOMF.

35. Αἰγυπτογενὴς] *αἰγυπτιογενὴς* codd. aliquot et Rob. Steph.

37. Ἀρσάμης] Ἀρσάκης ap. Photium Lex. p. 258, 1. *Μέμφιδος Ἀττικοὶ τὰ πολλὰ, Ἴωνες δὲ καθ' ὑφαίρεσιν τοῦ δ Μέμφιος μήτιος σύρτιος· Αἰσχύλος Πέρσαις* "*Ὅ τε τῆς ἱερᾶς Μέμφιδος ἄρχων μέγας Ἀρσάκης.*" Ἄρσακες dicebantur reges Persarum. Sed Herodot. 7, 67. a Stanleio indicatus, *Ἀραβίων δὲ καὶ Αἰθιόπων τῶν ὑπὲρ Αἰγύπτου οἰκεομένων ἦρχε Ἀρσάμης.* Et sic infra v. 308. BLOMF.

ὠγυγίους] *Θήβην* Ægyptiacam *ὠγυγίαν* dicit etiam Dionysius *ὁ περιηγητὴς* v. 248.

Ἠ μὲν ὅσοι Θήβην ἐρικυδέα ναιετάουσι,
Θήβην ὠγυγίην, ἑκατόμπυλον.——

Juvenal. Sat. 15, 6.

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

Et recte quidem ita dicta est, siquidem teste Aristotele Meteor. 1, 14. Ægyptus olim conclusa fuit sola Thebaide. Cætera postea concreta Nili alluvione: *καὶ τὸ ἀρχαῖον ἡ Αἴγυπτος Θῆβαι καλούμεναι.* STANL. Thebas Bœoticas *πόλιν ὠγυγίαν* vocat Æschylus Sept. v. 321.

ὠγυγίους codices. *ὠγυγίου* Rob. *ὠγυγίας* Ald. Turn. quod me nolente relictum.

39. *ἑλειοβάται*] Intelligit incolas *ἑλέων* regionum palustrium Ægypti. vid. post schol. Spanhem. ad Julian. p. 255. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. v. 178. et Wesseling. ad Hierocl. Synecd. p. 716. Thucydide teste 1, 110. Ἕλειοι isti Ægyptii erant omnium bellicosissimi. ABRESCH.

40. *ἀνάριθμοι*] *ἀνάριθμον* Turn. et aliquot codd. quorum in uno *ἀνήριθμον*.

42. *ἐπίπαν*] Composita a *πᾶν* ultimam corripere solent.

Lexic. Seguier. p. 416, 11. Ἄπαν· οἱ μὲν Ἴωνες συστέλλουσι, καὶ οἱ ποιηταὶ, οἷον — τῶν δ' ἄπαν ἐπλήσθη πεδίον. (Il. Υ. 156.) καὶ οἱ Ἀττικοὶ ἐκτείνουσι τὴν ὑστέραν, καὶ τὸ παράπαν ὁμοίως, καὶ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, (Suidas καὶ ἅπαν καὶ τὰ τοιαῦτα.) Quod falsum est. Eurip. Med. 1087. πάμπᾰν ἄπειρος. Eustath. in Od. B. p. 1434, 1. Ἀττικοὶ δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, ἐκτείνουσι τὴν ὑστέραν τοῦ ἅπαν. ἕτερος δὲ ῥήτωρ ἐν οἰκείῳ λεξικῷ γράφει ὅτι ὁ λόγος βραχύνειν ἀξιοῖ τὸ ἅπαν. τὰ γὰρ παρασχηματιζόμενα τοῖς εἰς ᾱς οὐδέτερα, βραχύνονται. οἷον, μέλαν, τάλαν. οὕτως οὖν καὶ ἅπαν. εἰ δὲ ταῦτα, πολλῷ πλέον τὸ πάμπαν ἐπίρρημα συσταλήσεται. Auctor de Prosod. ap. Hermann. de Em. Gr. Gr. p. 439. ὅτε μέντοι τὸ πᾶν δισυλλάβως λέγηται, τότε ἕξει τὸ α συνεσταλμένον, σύμπαν, ἅπαν. τὸ δὲ ἅπαν εὕρηται παρ' Ἀθηναίοις ἐκτεῖνον τὸ α. Apollonius de Adverb. p. 569. ed. Bekker. ἔτι τὸ πᾶν μονοσύλλαβον μὲν ὂν ἐν τῇ ἐκτάσει τοῦ ᾱ ἐστίν· ὑπὲρ μίαν δὲ συλλαβὴν καθεστηκὸς, εἴτε καὶ κατὰ σύνθεσιν, εἴτε καὶ [κατ' ἔνδ]ειαν τοῦ ἐλλείποντος ᾱ, ἐν συστολῇ, σύμπαν, πρόπαν, ἅπαν· ὅπερ ἀνεδέδεκτο καὶ τὸ ἐπίρρημα ἐν τῷ πάμπαν. In hoc versu scribendum forte divisim ἐπὶ πᾶν. BLOMF. Ælii Dionysii de ἅπαν producto sententiam confirmat Aristoph. Ach. 998. καὶ περὶ τὸ χωρίον ἅπαν ἐλᾶδας κύκλῳ. Nam sic scripturam librorum χωρίον ἅπαν ἐλαΐδας ἐν κύκλῳ verissime emendavit Bentleius. Itaque non reprehendendus videtur Æschylus qui ἐπίπαν producta syllaba ultima dixerit, quum præsertim ἐπίπαν hoc loco non tam adverbium quam adjectivum sit, cujus certa exempla sunt in inscriptione Cretensi apud Boeckh. vol. 2. p. 409, 15. εὐνοήσω τοῖς ἐπίπασι Ἱεραπυτνίοις. et 18. Οἱ ἐπίπαντες Ἱεραπύτνιοι.

ἐπίπαν ἠπειρογενὲς κατέχουσιν ἔθνος] Hujus circumlocutionis ratio altius, ni fallor, repetenda est. Notatu dignissimum est, nusquam ab Æschylo, in recensendis Persarum copiis, mentionem Ionum injectam esse. Facinus indignum putabat Atheniensium colonorum posteros a Xerxis partibus stetisse, noluit tamen iis culpam imputare, quum in eos bene affecti essent Athenienses; vid. Herodot. 9, 106. Quare omnes Ioniæ incolas sub Lydorum nomine comprehendit; et quidem ex urbibus Ionicis, sex intra Lydiæ fines sitæ erant: vid. Herodot. 1, 142. BLOMF.

43. κατέχουσιν ἔθνος] Etsi hæc explicari possunt, si κατέχειν ἔθνος insolentius dictum sit, pro *gente aliqua contineri*, mihi

tamen verisimilius est, articulum τοὺς ante Μιτραγαθὴς ab aliena manu insertum, Æschylum autem ita scripsisse:

οἵ τ' ἐπίπαν ἠπειρογενὲς
κατέχουσιν ἔθνος, Μιτραγαθὴς
'Αρκεύς τ' ἀγαθὸς, βασιλῆς δίοποι·

colo post δίοποι posito, ita ut ex antecedentibus subintelligatur ἕπονται. Sensus: *Sequitur vero etiam mollis Lydorum populus, et qui omnes gentes in illa continente natas imperio regunt, Mitragathes, et fortis Arceus, præfecti regii.* SCH. Recte Schuetzius οἵ τ' divisim scripsit articulumque τοὺς delevit.

Μητραγαθὴς] Μητρογαθὴς M. et Cant. primus. Μιτρογαθὴς A. et tres alii. Μήτρα̊γαθὴς B. Μιθρογαθὴς D. unde Blomfieldus Μιθραγαθὴς, nomine a Μίθρας derivando.

44. 'Αρκτεὺς M. aliique, ut omnes infra v. 312. Alii 'Αρκεὺς ut vulgo. 'Αρητεὺς Rob. quod ex 'Αρκτεὺς corruptum.

βασιλῆς] Libri partim sic partim βασιλεῖς.

δίοποι] Hesych. Δίοποι. ἐπιμεληταί. Erotian. p. 21. Διόπῳ. τῷ τῆς νηὸς ἐπιμελητῇ. παρὰ τὸ διοπτεύειν. (Male διοπεύειν Jo. Meursius Lect. Att. 3, 12.) 'Αττικὴ δὲ ἡ λέξις, κειμένη καὶ παρ' 'Αριστοφάνει ἐν 'Αττικαῖς λέξεσι, καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Σισύφῳ, καὶ Εὐριπίδῃ ἐν 'Ιππολύτῳ. Harpocrat. Δίοπος λέγεται νεὼς, ὁ διέπων καὶ ἐποπτεύων τὰ κατὰ τὴν ναῦν, ὁ παρ' ἡμᾶς λεγόμενος ἐπίπλους. Hesych. 'Αδίοπον. ἄναρχον, καὶ ἀφύλακτον. Αἰσχύλος Φρυξίν. δίοποι γὰρ οἱ τῆς νεὼς φύλακες. BLOMF.

45. καὶ] χαὶ Blomfieldus, recte fortasse. καὶ αἱ πλουσίαι Σάρδεις in interpretatione sua posuit scholiasta.

πολύχρυσοι Σάρδεις] Hoc epitheton jam inde a Gygis ævo Sardibus et Lydorum regibus accreverat. Archilochus ap. Plutarch. de Animi Tranq. p. 835. Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει. Alpheus in Anthol. 1, 12. ὄλβον πολύχρυσον, οἷα Γύγεω. Nicolaus ap. Stob. 14. p. 87. ὁ Λυδῶν τῶν πολυχρύσων ἄναξ. Eurip. Iph. Aul. 786. αἱ πολύχρυσοι Λυδαὶ καὶ Φρυγῶν ἄλοχοι. Inscriptio ap. Pausan. 1, 13, 12. Αἴδε ποτ' 'Ασίδα γαῖαν ἐπόρθησαν πολύχρυσον. Sic infra 53. Βαβυλὼν ἡ πολύχρυσος. Mycene etiam apud Homerum audit πολύχρυσος, ab Horatio vocata *dites Mycenæ*, Carm. 1, 7, 9. BLOMF.

46. πολλοῖς ἅρμασιν] ἅρμασι πολλοῖς Brunckius numeris elegantioribus.

47. δίρρυμά τε καὶ τρίρρυμα τέλη] *Bijugos et trijugos ordines.* ἅρματα τέθριππα καὶ ἑξάϊππα. Schol. a ῥυμός. τοῦ ἅρματος τὸ ἐκτεταμένον ξύλον παρὰ τοῖς ἵπποις ἕως τοῦ ζυγοῦ μέσον ἀπὸ τοῦ ἄξονος, ὅ τινες στήμονα καὶ σταθμίον καλοῦσιν. Hesych. *temo*. Hoc vero a ῥύω, *traho*, unde ῥυτήρ, *lorum quo equi trahebant.* Ex Æschylo citantur voces ἐν διρρυμίᾳ πῶλοι ap. Eustath. p. 706, 50. Ἅρμα τετράρυμον Xenoph. Cyr. 6, 1, 51. ὀκτάρυμον ib. 52. BLOMF.

49. 50. inverso ordine leguntur in Ald. Rob.

49. στεῦνται] *Statuunt.* Vox Homerica. Iliad. Γ. 83. Στεῦται γάρ τι ϝέπος ϝειπεῖν κορυθαίολος Ἕκτωρ, ubi schol. Venet. κατὰ διάνοιαν ὁρίζεται. BLOMF.

Τμώλου πελάται] Tmoli accolæ. Tmolus Lydiæ mons ἱερὸς, ut ap. Eurip. Bacch. v. 64, quia ibi Bacchus ex Jovis femore natus esse ferebatur (cf. Spanhem. ad Callim. hymn. in Del. v. 70.). Circa eum habitabant olim Lydi, Mæones, Mysi (Hom. Il. B, 866. Strab. 12. p. 625.). Lydorum tamen et Mysorum ducem Artaphernem nominat Herodotus. SCH.

50. δούλιον Stanleius. δούλειον libri.

51. ἄκμων, *Incus.* λόγχης ἄκμονες, *qui hastæ ictus inconcussi ferunt.* ἀκίνητοι ὑπὸ λόγχης, ὡς ἄκμων ὑπὸ σφυρῶν. schol. Stanleius comparat Callim. H. Dian. 143. ubi Hercules audit Τιρύνθιος ἄκμων. Hesych. Ἄκμων. ἀπαθής. Eadem comparatione utitur Ignatius Epist. ad Polycarp. p. 12. στῆθι ἑδραῖος, ὡς ἄκμων τυπτόμενος. Metaphoram expandit Apollonius 3, 1252. Κόψε κατ' οὐρίαχον μεγάλῳ ξίφει· ἆλτο δ' ἀκωκὴ, Ῥαιστὴρ ἄκμονος ὥστε, παλιντυπές. Aristophon ap. Athen. 6. p. 238 C. ἐὰν δὲ (δέῃ) ὑπομένειν πληγὰς, ἄκμων. BLOMF.

52. ἀκοντισταὶ Μυσοὶ quia jaculis præustis utebantur. Herodotus armaturas variarum gentium in hac expeditione describens 7, 74. Μυσοὶ δὲ ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον κράνεα ἐπιχώρια, ἀσπίδας δὲ μικράς. Ἀκοντίοισι δὲ ἐχρέωντο ἐπικαύτοισι. STANL.

53. Βαβυλὼν δ' ἡ πολύχρυσος] De hujus urbis opulentia cf. Herodot. 1, 192. et Strab. 15. p. 735. STANL. In uno Beli templo immensa vis aureæ supellectilis fuit. Herodot. 1, 181. sqq. SCH.

54. σύρδην] *Impetuose.* Euripides Rheso v. 57.

πρὶν τὸν Ἀργείων στρατὸν
σύρδην ἅπαντα τῷδ' ἀναλῶσαι δορί. STANL.

55. τοξουλκὸν λῆμα, *Vis animi artis sagittariæ periti.* Infra 244. τοξουλκὸς αἰχμή. Dicuntur autem τοξουλκῷ λήματι πιστοί ut infra 112. πίσυνοι λεπτοδόμοις πείσμασιν. Propius Simonides Analect. 1. p. 34. Εὐτόλμῳ ψυχῆς λήματι πειθόμενος. Virgil. Georg. 3, 31. *Fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis.* Horatius, *Fidens juventus horrida brachiis.* Præiverat Homerus Iliad. Δ, 303. ἱπποσύνῃ τε καὶ ἠνορέηφι πεποιθώς. Eurip. Hel. 153. ἄπεστι δὲ, Κυσὶν πεποιθὼς, ἐν φοναῖς θηροκτόνοις. Apollon. Rhod. 1, 110. Ἀγρόται, οἵτε κύνεσσι πεποιθότες. BLOMF.

57. ἕπεται] προτροπαῖς addunt Barocc. Ven. primus et Ald. ex glossemate ad πομπαῖς adscripto.

58. ὑποπομπαῖς] ὑπὸ πομπαῖς legendum censuit Abresch. ut esset ὑπὸ πομπαῖς βασιλέως, *regis ductu.* Et sic Brunck. Anglice, *under the command of the king.* Agam. 893. Λεπταῖς ὑπαὶ κώνωπος ἐξηγειρόμην Ῥιπαῖσι θωΰσσοντος. ibid. 1166. Πέπληγμαι δ' ὑπαὶ δήγματι φοινίῳ. Choeph. 26. ὑπ' ἄλγεσι. BLOMF. Recte Abreschius.

59. αἴας] γαίας Viteb. αἴης A.B.M.

61. Ἀσιῆτις] Scribendum Ἀσιᾶτις.

62. στένεται] Rarior est vox media verbi στένομαι. Sept. 870. Κλάω, στένομαι. BLOMF.

63. τ'] Recte δ' ex annotatione scholiastæ reposuit Blomfieldus.

ἡμερόλεγδον] *Per singulos dies numeratim.* Uxores, de maritorum salute solicitæ, singulos dies computant. Photius, Ἡμερόλεγδον. τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐξαριθμεῖν. Stanleius citat Aristot. H. A. 6, 21. ἔνιοι διϊσχυρίζονται δέκα μῆνας κύειν ἡμερόλεγδον. Sic Ovid. Heroid. 2, 7. *Tempora si numeres, bene quæ numeramus amantes.* Herodot. 1, 47. ἀπ' ἧς ἂν ἡμέρης ὁρμηθέωσι ἐκ Σαρδίων, ἀπὸ ταύτης ἡμερολογέοντες τὸν λοιπὸν χρόνον, ἑκατοστῇ ἡμέρῃ χρῆσθαι τοῖσι χρηστηρίοισι. BLOMF. Scribendum potius ἡμερολεγδὸν, ὀξυτόνως ut in loco Aristotelis scribitur. Utrumque accentum præbent libri apud Lucianum vol. 2. p. 335.

65—72=73—80.

81—86=87—92.

93—100. μεσῳδός.

102—107=108—113.

114—119=120—125.

126—132=133—139.

65—139. Versus in Ald. sic divisi, πεπέρακε— | βασίλειος — | γείτονα— | σχεδίᾳ— | Ἀθαμαντίδος— | ζυγὸν— | πολυάνδρον— | ἐπὶ— | διχόθεν— | ὀχυροῖσι— | χρυσονόμου— | κυάνεον— | φοινίου— | πουλύχειρ— | ἀσύριον— | ἐπάγει— | τοξόδαμνον— | μεγάλῳ— | εἴργειν— | ἀπρόσοιστος— | στρατὸς — | δολόμητιν— | τὶς ἀνὴρ— | τίς ὁ— | εὐπετέος— | σαίνουσα — | βροτὸν— | θνατὸν— | θεόθεν— | ἐπέσκηψε— | πολέμους — | διέπειν— | πόλεων— | ἔμαθον— | πολιαινομένης— | ἐσορᾶν— | λεπτοδόμοις— | ταῦτα— | φόβῳ— | τοῦδε— | κένανδρον— | καὶ τὸ— | ὀὰ— | βυσσίνοις— | πᾶς— | σμῆνος— | μελισσῶν— | τὸν— | ἀμφοτέρας— | αἶας— | πίμπλαται— | Περσίδες— | ἑκάστη— | θοῦρον— | λείπεται μονόζυξ.

65. Scholiasta, ταῦτα δὲ κωμῳδεῖται Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ· Πεπέρακεν μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη Μαρικᾶς. Similiter idem poeta Æschyli versum Sept. 39. imitatus est, ut illic annotavimus.

67. χώραν] χώρας M. χθόνα Rob. et aliquot codd.

69. λινόδεσμος] *Lino* (i. e. *funibus*) *colligatus*. Eurip. Iph. T. 1043. χαλίνοις λινοδέτοις. Homerus dixit σχεδίην πολύδεσμον. De hujus pontis constructione et de funibus stupeis vid. Herodot. 7, 36. BLOMF. Ad hunc locum respicit Aristides vol. 1. p. 152, 4. ἔδειξαν δ' ὅτι οὐ λινοδέσμῳ σχεδίᾳ τοὺς πορθμοὺς ζευγνύντα δεῖ διαβαίνειν.

70. Ἀθαμαντίδος Ἕλλας] Ovid. Fast. 4, 903.

Et frustra pecudem quærens Athamantidos Helles.

Hellespontus nomen habet ab Helle, filia Athamantis, regis Thebarum, quæ ibi decidens submersa. STANL.

Ἕλλας A.B.M. Viteb. Vulgo Ἕλλης.

71. πολύγομφον] *Multis clavis compactus*. Singulæ naves clavis compactæ, funibus inter se connexæ fuerunt. Navis dicitur γομφόδετον δόρυ Suppl. 853. BLOMF.

ὅδισμα] *Via*. Vox aliunde non cognita. In M. annotatum γρ. ἔρεισμα τὴν ναῦν. et ἔρεισμα Rob.

75. χθόνα] χώραν aliquot codd. et Rob.

ποιμανόριον] *Grex hominum*. Eustath. ad Iliad. B. p. 212, 42. τὸ δὲ, ποιμὴν λαῶν, ταὐτὸν ὂν τῷ ποιμάνωρ (infra 246.) συνθέτως Αἰσχύλος εἴρηκε, καὶ τὸ τοιοῦτον ποίμνιον, ποιμανόριον. Hesych. Ποιμάνωρ. ποιμὴν, ἢ βασιλεύς. Glossæ Vett. Ποιμαίνω ἐπὶ ἀνθρώπων, *Rego*.

78. θαλάσσης] Scribendum θαλάσσας cum Blomfieldo. Dia-

lecti Doricæ vestigia plura in hoc carmine servarunt codices. Recte igitur Blomfieldus hic et infra formas Doricas restituit.

79. *ὀχυροῖσι*] *ἐχυροῖσι* tres codd. *ἔχυροῖσι* M.

80. *ἐφέταις*] *Ducibus*. Hesychius, (ex Lexico, ut opinor, Tragico.) *Ἐφέτας. τοὺς ἡγεμόνας τῶν Περσῶν, καταχρηστικῶς. κυρίως δὲ οἱ τὰς φονικὰς δίκας Ἀθήνησι δικάζοντες.* BLOMF. *ἀφέταις* N. Rob.

χρυσογόνου] *χρυσονόμου* M. Ald. Turn. Steph. Barocc. et quinque alii. *χρυσογόνους* ceteri. Schol. *τὸ δὲ χρυσονόμου ἀντὶ τοῦ πλουσίας εἶπε. τινὲς δὲ χρυσογόνου λέγουσι, διὰ τὸ τὸν Περσέα ἀπὸ χρυσοῦ γεγενῆσθαι. ὃ καὶ βέλτιον.* BLOMF.

82. *κυανοῦν* Blomfieldus. *κυάνεον* libri.

λεύσσων] *λεύσων* M. Ald. Rob.

φονίου] *φοινίου* M. aliique.

δέργμα] *δέρμα* C.M.

δέργμα] *Adspectus*. Eurip. Med. 190. *τοκάδος δέργμα λεαίνης.* Phœniss. 667. *ἔνθα φόνιος ἦν δράκων—δεργμάτων κόραισι πολυπλάνοις ἐπισκοπῶν.* Serpentium oculi terribile aliquid coruscare putabantur. Conferat harum rerum studiosus Iliad. X, 93. Hesiod. Scut. 143. Eurip. Orest. 473. Ion. 1262. Theocrit. 24, 18. Cornutum de N. D. p. 50. Virgil. Georg. 3, 433. et loca ibi citata. Senecæ Herc. F. 4, 3. BLOMF.

83. *πολύχειρ*] *Magna manu instructus*. sc. *pedestrium copiarum*. Hesych. *Πολυχείρια. πλῆθος ἐργαζομένων καὶ ἀνυόντων.* respicitur Thucyd. 2, 77. Pollux 2, 31. *Χεὶρ στρατιωτική, καὶ πολλῇ χειρὶ, καὶ πολυχειρία.* Herodot. 7, 12. de Xerxe, *ἐστρατηλάτεε χειρὶ μεγάλῃ πλήθεος.* Eurip. Heraclid. 157. *Ἄργους τοσήνδε χεῖρα.* Proprio sensu usurpatur *πολύχειρ* Sophocl. Electr. 488. BLOMF. *πουλύχειρ* Ald. Rob.

πολυναύτης] Scribendum *πολυναύτας* ex Cantabr. secundo.

84. *Σύριον*] Pro Assyrio, sicut monet interpres Græcus. Herodot. 7, 63. de Assyriis verba faciens: *οὗτοι δὲ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν.* Strabo 16. p. 737. *οἱ δ' ἱστοροῦντες τὴν Σύρων ἀρχὴν, ὅταν φῶσι Μήδους μὲν ὑπὸ Περσῶν καταλυθῆναι, Σύρους δὲ ὑπὸ Μήδων, οὐκ ἄλλους τινὰς τοὺς Σύρους λέγουσιν, ἀλλὰ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι καὶ Νίνῳ κατεσκευασμένους τὸ βασίλειον.* STANL. *ἀσύριον* Ald. et codd. multi. *ἀσσύριον* pauci cum Rob. Turn.

Σύριόν θ' ἅρμα] Oraculum apud Herodot. 7, 140. *κατὰ γάρ*

μιν ἐρείπει Πῦρ τε καὶ ὀξὺς Ἄρης, Συριηγενὲς ἅρμα διώκων. Distichon quod e Codice MSto vulgavit Iriarte in Catalogo Bibl. Reg. Hispan. p. 264. *Ἴνδος ὅδ' ἀνὴρ Τροίῃ Σύριον ἅρμα διώκων Πουλυδάμας κεῖμαι νεκρὸς ἐπὶ πατρίδι.* ubi mira verborum similitudo. BLOMF.

85. *τοξόδαμνος*] Vid. supra 26. Diphilus apud Athen. 6. p. 223. B. *Λητοῦς Διός τε τοξόδαμνε παρθένε, Ὡς οἱ τραγῳδοί φασιν, οἷς ἐξουσία Ἐστὶν λέγειν ἅπαντα καὶ ποιεῖν ὅμως.* Spectat forte Eurip. Hippol. 1470. *Τὴν τοξόδαμνον Ἄρτεμιν μαρτύρομαι.* Lycophr. 1331. *Τὴν τοξόδαμνον νοσφίσας Ὀρθωσίαν.* BLOMF.

Ἄρη] *ἄρῆ* M. Plerique codd. *Ἄρην* cum Ald. Conf. ad Sept. v. 45.

87. Constructio est, *οὔτις δόκιμος εἴργειν.* *nemo adeo fortis est ut arceat*: sic in Prometh. 59. *δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους.* Simili constructione Horatius *superare pugnis Nobilem*, *Fortis tractare*. Multa alia vide apud Bentleium ad Horat. p. 3. Lambin. et F. Ursin. ad Virgil. Ecl. 5, 1. BLOMF.

90. *ὀχυροῖς*] *ἐχυροῖς* Rob. et codd. multi.

εἴργειν] *εἴργειν* Ald. Rob.

θαλάσσης] *θαλάσσας* recte Blomfieldus in ed. prima.

91. *ἀπρόσοιστος*] Per *ἀνυπομόνητος* explicat Hesychius, cujus in codice *ἀπροσοῖτος* scriptum.

Περσῶν] Scribendum *Περσᾶν* cum Blomfieldo.

92. *λαός*] *λεώς* codd. nonnulli cum Rob. Turn.

93. *ἀπάταν*] *ἀπάτην* aliquot codd.

ἀλύξει] *Evitabit.* Vox Homerica. Rarius est apud tragicos simplex verbum; occurrit tamen Sophocl. Antig. 488. cum genitivo, ubi vid. Brunck. et Electr. 627. Phrynichus in Pleuroniis ap. Pausan. in Phocic. p. 348. ed. Sylburg. *κρυερὸν γὰρ οὐκ ἤλυξε μόρον.* BLOMF.

95. *κραιπνὸς*, *Velox.* Iterum vox Homerica, apud tragicos rarissime reperta. Cum eodem substantivo adhibuit Euripides Hippol. 842. *Πήδημ' ἐς Ἅιδου κραιπνὸν ὁρμήσασά μοι.* De hujus vocis etymologia solito modo nugantur grammatici, Etymol. M. p. 536, 10. Eustath. ad Iliad. E. p. 541, 42. *κραιπνῷ ποδὶ πηδήματος εὐπετέος* per enallagen dicitur pro *κραιπνοῦ ποδὸς πηδήματι εὐπετέϊ.* Sic Eurip. Phœniss. 670. *δεργμάτων κόραισι* pro *δέργμασι. κορῶν.* Brunckius confert Sophocl. Electr. 19. Eurip. Hel. 1098. BLOMF.

εὐπετοῦς Porsonus. *εὐπετέος* vulgo. *εὐπετέως* duo codd.

ἀνᾴσσων Brunckius. *ἀναίσσων* Turn. *ἀνάσσων* vulgo. "Verum videtur *ἀνάσσων*. quocum comparari potest similis locutio *ἐφόδων ἀνάσσεις* apud Eurip. Ion. 1049. Æschylus Agam. 526. *πῶς δή; διδαχθεὶς τοῦδε δεσπόσω λόγου.* omninoque vocabula *ἀνάσσω, δεσπόζω, ἄναξ, δεσπότης* sensu figurato ab tragicis dicuntur. V. Choeph. 170. Sept. c. Th. 27. Eurip. Teleph. 2." WORDSWORTH. in *The Philological Museum*, vol. I. p. 219.

δολόμητιν—ἀνᾴσσων] Duæ sunt opiniones veterum de divini numinis erga fortunam hominum habitu; altera, qua deum eundem hominem perpetuo beatum esse ferre posse negabant; altera, qua divinum numen ipsam hominis felicitatem, præsertim si ea insolenter abutatur, insciente eo ac minime sperante in perniciem convertere statuebant. Illam igitur ob causam deo *invidiam;* hanc ob rem autem ei *dolum* s. *fraudem* tribuunt. Prioris sentiendi loquendique rationis exemplum occurrit ap. Herodotum 3, 40. ubi Amasis ad Polycratem scribit,—se quidem ejus prospera fortuna delectari, sed propterea quod nimia sit ejus prosperitas, et humanitatis modum excedat, sollicitum esse; non ignotam enim sibi esse numinis invidiam. *ἐμοὶ δὲ,* inquit, *αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσι, ἐπισταμένῳ τὸ θεῖον ὡς ἔστι φθονερόν·—οὐδένα γὰρ καὶ λόγῳ οἶδα ἀκούσας, ὅστις ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐτελεύτησε πρόρριζος, εὐτυχέων τὰ πάντα.* Eodem modo Artabanus Xerxem a bello adversus Græciam avertere cupiens invidiam hanc divini numinis commemorat 7, 10. *ὁρᾷς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα ὡς κεραυνοῖ ὁ θεὸς οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέν μιν κνίζει; ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα αἰεὶ καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτ' ἀποσκήπτεται βέλεα; φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν· οὕτω δὴ καὶ στρατὸς πολλὸς ὑπὸ ὀλίγου διαφθείρεται κατὰ τοιόνδε· ἐπεάν σφι ὁ θεὸς φθονήσας φόβον ἐμβάλῃ ἢ βροντὴν, δι' ὧν ἐφθάρησαν ἀναξίως ἑωϋτῶν, οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ θεὸς ἢ ἑωυτόν.* Itaque cum h. l. chorus de dolosa fraude numinis loquitur, nihil aliud intelligit, quam deum summam hominum fortunam subito sæpe evertere, eosque nec opinantes, ac rerum suarum prosperitati nimium quantum confisos in acerbissimas calamitates, unde se expedire nequeant, conjicere. SCH. Conf. annot. ad v. 362.

96. *φιλόφρων γὰρ σαίνουσα τὸ πρῶτον παράγει βροτὸν*] Me-

trum recte restituit Seidlerus de vers. dochm. p. 407. *φιλόφρων γὰρ παρασαίνει βροτόν.* Hujus verbi explicatio est *σαίνουσα τὸ πρῶτον παράγει.* Simile verbum *παραθέλγω* est, de quo v. ad Agam. 71.

ἀρκύστατα] Corrigendum *ἄρκυας ἄτα* cum Hermanno apud Seidlerum. *ἀρκύσακτα* Rob.

100. *ὑπὲρ θνατὸν*] *ὕπερθεν* Rob., omisso *θνατόν.*

104. *τὸ παλαιὸν,* idem quod *πάλαι.* Eurip. Med. 820. *Ἐρεχθεῖδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι.* Herodot. 7, 59. *ὁ δὲ χῶρος οὗτος τὸ παλαιὸν ἦν Κικόνων.* Ceterum constructio hæc est; *θεόθεν γὰρ τὸ παλαιὸν μοῖρα κατεκράτησεν,* cui similis est supra 102. *τόθεν οὐκ ἔστι θνατὸν ἀλύξαντα ὑπερφυγεῖν.* Citat Abresch. Eurip. Bacch. 868. *φυγεῖν ὑπὲρ δικτύων.* Nostri Agam. 366. *ὑπερτελέσαι δίκτυον.* Adjice Eurip. Orest. 1365. BLOMF.

105. *πολέμους πυργοδαΐκτους*] In priore editione dederam *πυργοδαΐκτας,* nimis curiose. Hujusmodi adjectiva, forma passivi, sensum activum haud raro exserunt: e. g. *δορύπαλτος* Agam. 117. *λωβητὸν* Sophocl. Trach. 547. *ὕποπτος* Eurip. Hec. 1117. ubi vid. Porson. Satis magnam vocabulorum classem, quæ utraque agendi et patiendi virtute gaudent recensuit Hemsterhusius ad Lucian. vol. 1. p. 179. BLOMF.

108. *τ'*] *τε* A. Turn. Steph. *δ'* M. et septem alii cum Ald.

ἀναστάσεις] *ἀνστάσεις* A.M. Turn. Steph.

109. *θαλάσσης πολιαινομένης*] Scribendum *θαλάσσας πολιαινομένας* ex A.B. Rob. *θαλάσσης πολιαινομένῆς* M.

110. *λάβρῳ*] Libri partim *λαύρῳ.*

111. *πόντιον ἄλσος*] Strabo 9. p. 632. C. *οἱ δὲ ποιηταὶ κοσμοῦσιν ἄλση καλοῦντες τὰ ἱερὰ πάντα, κἂν ᾖ ψιλά.* quæ exscripsit Eustath. ad Iliad. B. p. 270, 23. Schol. Pindari ad Ol. 5, 24. *τοὺς ἱεροὺς ποταμοὺς ἄλση εἰώθασι λέγειν.* Noster in Suppl. 554. Ægyptum vocat *Διὸς πάμβοτον ἄλσος, Λειμῶνα χιονόβοσκον.* ibid. 865. mare dicitur *ἁλίρρυτον ἄλσος.* Stanleius advocat Ciceronem in Arateis, *Neptunia prata secantes.* Ceterum *ἐσορᾶν* in hoc loco sensum habet *sustinendi.* Tyrtæus ap. Stob. 51. p. 193. *Οὐ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίνεται ἐν πολέμῳ, Εἰ μὴ τετλαίη μὲν ὁρῶν φόνον αἱματόεντα.* Horatius, *Qui siccis oculis monstra natantia, Qui* VIDIT *mare turgidum.* Eurip. Med. 266. *κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾶν.* BLOMF.

112. *λεπτοδόμοις*] *λεπτῶς κατεσκευασμένοις* schol.

πεῖσμα, *Navis retinaculum*. *πείσματα τὰ τῆς πρώρας σχοινία*, schol. Apoll. Rhod. 1. 652. Πείσματα. σχοινία ἀπόγεια, πρυμνήσια. Hesych. Contra Suidas, Πείσματα τὰ ἀγκύρεια σχοινία. παρὰ τὸ πείθεσθαι δι' αὐτῶν τὴν ναῦν, a quo dissentit Etymol. M. p. 668, 41. Πείσματα, τὰ ἀπόγεια σχοινία, πείθειν καὶ εἴκειν τὴν ναῦν ποιοῦσιν, quicum facit Eustath. ad Iliad. A. p. 131, 7. Rectius autem *retinaculum* quam *rudens* vertetur. Nost. Agam. 196. νεῶν τε καὶ πεισμάτων ἀφειδεῖς. Suppl. 761. Οὐδ' ὅρμος, οὐδὲ πεισμάτων σωτηρία Εἰς γῆν ἐνεγκεῖν, οὐδ' ἐν ἀγκυρουχίαις. Cf. Eurip. Hecub. 1070. Hippol. 762. BLOMF.

113. μηχαναῖς] Scribendum μαχαναῖς cum Blomfieldo. Verba ipsa de navibus esse intelligenda monuit scholiasta.

114. μοι] Scribendum μου ex M. aliisque nonnullis.

μελαγχίτων] *Pulla veste amictus*. Fortiore metaphora exprimere voluit Homericum, Iliad. P. 83. Ἕκτορα δ' αἰνὸν ἄχος πύκασε φρένας ἀμφιμελαίνας. et A. 103. μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι Πίμπλαντ'. ubi schol. Venet. ἤδη δὲ οἱ νεώτεροι μελαίνας τὰς φρένας φασίν. Nostri scholiasta Homerum in animo habuit, quum μελαγχίτων per ἀμφιμέλαινα explicaret. Male autem pergit ἡ συνετὴ καὶ ἐν βάθει κειμένη, καὶ ἀφανὴς οὖσα. quo in errore versati sunt Homeri interpretes, et Hesychius, Μέλαιναι φρένες, αἱ βαθεῖαι, imo *tristes, solicitæ*. Theognis 1199. καί μοι κραδίην ἐπάταξε μέλαιναν, Ὅττι μοι εὐανθεῖς ἄλλοι ἔχουσιν ἀγρούς. Noster Choeph. 411. Σπλάγχνα δέ μοι κελαινοῦται πρὸς ἔπος κλύουσαν. Suppl. 792. Μελανόχρως δὲ πάλλεταί μου καρδία. Sophocl. Ajac. 968. Ἦ ῥα κελαινωπὸν Θυμὸν ἐφυβρίζει. ubi egregia quædam adnotavit Musgravius. Cf. Gataker. ad M. Antonin. 4, 28. Solon ap. Diog. Laert. 1, 61. γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος Ἐκ μελαίνης φρενὸς γεγωνῇ. Cf. Lobeck. ad Sophocl. Aj. 945. BLOMF. Sensum et constructionem totius loci recte declaravit Brunckius, διὰ ταῦτα φοβοῦμαι ὑπὲρ τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος, μὴ πόλις πύθηται . . . . καὶ τὸ Κίσσινον πόλισμ' ἀντίδουπον ἔσσεται, τοῦ γυναικοπληθοῦς ὁμίλου ἀπύοντος, ὀᾶ, καὶ μὴ λακισθῶσιν οἱ βύσσινοι πέπλοι.

115. ἀμύσσεται] ἀμύσεται M. Versus hi sic sunt dividendi

ταῦτά μου—φόβῳ
ὀᾶ,
Περσικοῦ—Σουσίδος.
καὶ τὸ—ᾄσεται.

ὀᾶ,
τοῦτ'—λακίς.

116. ὀᾶ] Interjectio extra versum posita. Schol. Περσικὸν θρήνημα.

120. Κίσσινον] Forma vitiosa, quam notavimus ad v. 17. Κισσίνων duo codd. et Rob. Scribendum Κισσίων ex M. et quinque aliis, nisi quis Κίσσιον præferat.

121. ἔσσεται] Lectio indocte interpolata. ἔσεται C.M.N. Scribendum ᾄσεται cum Burneio. Infra 1040. βόα νυν ἀντίδουπά μοι.

122. ὀᾶ extra versum ponatur, commate adjecto. ὀᾶ M. hic et 570. 581.

ὀᾶ, τοῦτ' ἔπος] Ut h. l. τοῦτ' ἔπος refertur ad præcedens ὀᾶ, sic Prometh. 988. postquam Prometheus vocem ᾤμοι emiserat, Mercurius subdit: τόδε Ζεὺς τοὔπος οὐκ ἐπίσταται. SCH. Eum. 510. τοῦτ' ἔπος θροούμενος, ὦ δίκα. STANL.

τοῦτ' ἔπος om. Adl. Turn.

123. ὅμιλος] ἔσται ὅμιλος Rob. ex scholio.

125. δ' om. Ald. Rob.

ἐν πέπλοις πέσῃ λακὶς] Id est πέπλοι λακισθῶσιν. SCH. Etiam apud Persicas mulieres in summo luctu vestes scindere moris erat. Ita Diodor. 17, 35. post Darium victum mulieres τὰς ἐσθῆτας περιρριπτούσας, μετ' ὀδυρμῶν, ἐκ τῶν σκηνῶν excessisse tradit. Curt. 3, 11, 26. *ingens circa eam nobilium feminarum turba constiterat, et laceratis crinibus, abscissaque veste, pristini decoris immemores* etc.—Porro abscissis vestimentis lugubria induebant mulieres Persicæ. Curt. 10, 5, 19. *Ad Darii quoque matrem celeriter perlata est; abscissa ergo veste, qua induta erat, lugubrem sumsit.* STANL.

126. ἱππηλάτας] ἱππηλάτης M.

127. καὶ] τε καὶ Rob.

129. μελισσᾶν] μελισσῶν Ald. Turn. μελισσάων (ῶν superscr.) B. μέλισσα M.

ὀρχάμῳ] Vox Homerica Il. Ξ, 102. ὄρχαμε λαῶν. BLOMF.

130. ἀμφίζευκτος, *Utrinque colligatus*, scilicet ex utraque continente. Intelligo autem per ἀμφίζευκτον πρῶνα, pontem, qui in promontorii modum ex utraque continente excurrebat, et sic ἅλιος πρὼν, κοινὸς ἀμφοτέρας αἴας, fiebat, quæ voces vix de Chersoneso Thracica dici potuerunt, quod opinatur Schutzius. Vid. supra 69. Porro ἐξαμείβω, *trajicio*, hoc etiam evin-

cit. Eurip. Phœniss. 131. *Τὸν δ' ἐξαμείβοντ' οὐχ ὁρᾷς Δίρκης ὕδωρ;* BLOMF. Versus hic sic est metiendus

⏑ ⏑́ – – | ⏑ ⏑́ ⏑ – – | ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –̆.

134. *πίμπλαται*] *πίμπλανται* edd. ante Brunckium et aliquot codices.

135. *ἑκάστα* A.B.M. aliique. *ἑκάστη* vulgo.

136. *αἰχμάεντα* A.B. Guelf. *αἰχμήεντα* M. ut vulgo. *αἰχμητάεντα* Barocc. Ald.

137. *εὐνατῆρα προπεμψαμένα*] Sic Cantabr. primus et (qui *εὐνατῆρ'*) Rob. *εὐνατῆρα προπεμψαμένα* (ἀπο *supra*) A. *εὐνατῆρ' ἀποπεμψαμένα* (–*νη* M.) codices reliqui et Ald. Turn.

140. *ἄγε*] Libri aliquot *ἄγετε*, vel *ἄγετ' ὦ*, quod est in Rob.

143. *προσήκει*] *προσήκοι* duo codd.

146. *πατρωνύμιον*] Scholiasta, *τὸ πατρωνύμιον γένος, ἤτοι ὁ κατὰ πατέρα συγγενὴς ἡμῖν, τοῦτ' ἔστιν ὁ ἐκ προγόνου ἰθαγενής.* Cum forma adjectivi comparanda sunt composita *ἐπωνύμιος* et *παρωνύμιος.*

ἁμέτερον] Scribendum *ἡμέτερον* cum Blomfieldo.

147. *ῥῦμα*, *tractus*, *ὁλκός*, Hesych. quo sensu rarius occurrit. Auctor nescio quis ap. Suid. in voce *ἐς τόξου ῥῦμα περιέπλεον τοῖς Ῥωμαίοις οἱ βάρβαροι, πόλλ' ἅμα βέλη ἀφιέντες.* Eunapius ibid. *πέτρα δέ τις ἀπεσπασμένη ἐς τόξου ῥῦμα.* Pollux 1, 164. *ἐκ τόξου ῥύματος ἦν ἡ μάχη.* Xenoph. Anab. 3, 3, 15. *ἐκ τόξου ῥύματος.* BLOMF.

148. *δορυκράνου* a Turnebo illatum. Recte priores edd. *δορικράνου.*

151. *φάος*] *φῶς* Barocc. et duo alii cum Ald.

152. *προσπίτνω* M. *προσπιτνῶ* vulgo. "Legendum puto *προπίτνειν δ' ἡμᾶς.* Infra 594. *Οὔτ' εἰς γᾶν προπίτνοντες Ἄρξονται.* Vid. Elmsleium ad Eurip. Heracl. 618. Forsan vero vox prorsus ejicienda sit, ut versus fiat basis anapæstica; tunc autem legerem, *Προσφθόγγοισιν δὲ χρεὼν αὐτήν.*" BLOMF. Mihi sublatis lacunæ supplementis a grammatico aliquo illatis scribendum videtur

βασίλεια δ' ἐμὴ ⏑⏑ ⏑́ ⏑⏑ –
⏑⏑ ⏑́ ⏑⏑ – *καὶ προσφθόγγοις*
πάντας μύθοισι προσαυδᾶν.

προσπίτνω] Moris erat apud Persas ut regem adeuntes proni adorarent, priusquam in congressum colloquiumve venirent. Tithraustes apud Ælianum, Var. Hist. 1, 21. *Νόμος ἐστὶν*

ἐπιχώριος Πέρσαις τὸν εἰς ὀφθαλμοὺς ἐλθόντα τοῦ βασιλέως, μὴ πρότερον λόγου μεταλαγχάνειν, πρὶν ἢ προσκυνῆσαι αὐτόν. Euripides in Oreste 1509.

Προσκυνῶ σ', ἄναξ, νόμοισι βαρβάροισι προσπεσών.

Q. Curtius 8, 5, 6. *Itaque more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare, prosternentes humi corpora.* Valerius Max. 7. 3. de sex Persis, qui regnum Dario, equi hinnitu victi, addixerunt: *Auditoque eo sex reliqui summæ potestatis candidati, continuo equis delapsi, ut est mos Persarum, humi prostratis corporibus Darium regem salutaverunt.* Hujus vero legis rationem reddit Artabanus Persa apud Plutarch. in Themistocle, c. 27. Ἡμῖν, inquit, πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων κάλλιστος οὗτός ἐστι [τό τε] τιμᾶν βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν εἰκόνα θεοῦ τοῦ [τὰ] πάντα σώζοντος· regi divinum cultum impendebant, tanquam imagini cuncta conservantis dei. STANL.

157. εὐνήτειρα M. Viteb. εὐνάτειρα (η superscr.) B. εὐνάτειρα vulgo. Quod revocandum. εὐνέτειρα ap. Tzetz. Histor. 7, 361.

καὶ om. duo codd. et Ald. Rob.

158. στρατῷ] στρατοῦ Rob. et sex codices, non M.

159. χρυσεοστόλμους] χρυσεοστόλους quinque codd. et Rob. χρυσεοστόλβους Ald. χρυσεοστίλβους tres codd. et Turn.

160. κἀμὸν] Libri aliquot κἀμοῦ.

εὐνατήριον] εὐναστήριον G. et Guelf. quæ forma legitur ap. Soph. Trach. 918. cui ipsi quoque εὐνατήριον restituendum arbitror. Sic θοινατήριον apud Eurip. Rhes. 515, ex quo loco annotasse videtur Hesychius, in libris quibusdam in θοιναστήριον corruptum. Relinquendum vero εὐναστήριον versui spurio in Eurip. Orest. 590.

161. με] Libri aliquot μου vel μοι.

162. ἀδείμαντος] ἀδείματος duo codd. et Turn.

163. κονίσας οὖδας, *solum pulvere spargens*, quemadmodum Homericum illud κονίοντες πεδίοιο nihil aliud est ac *festinantes. Opulentia* autem *festinans* dicitur pro celeriter crescente. Et ut ii, qui currere festinant, facile pedibus columellam, aut si quid occurrat ejusmodi, proruunt, sic opulentia dicitur celeriter festinando felicitatem eversura. SCH. κονίσσας M. aliique nonnulli et Rob.

ἀντρέψῃ] Libri aliquot ἀνατρέψῃ.

165. ταῦτά μοι διπλῆ μέριμν' ἄφραστός ἐστιν ἐν φρεσίν] Note-

tur neglecta post secundam dipodiam cæsura: cujus alterum de tragicis exemplum est apud Soph. Philoct. 1402.

N. εἰ δοκεῖ στείχωμεν. Φ. ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος.

Minus certum Euripidis est Iphig. Aul. 1391.

ταῦτα—πάρα] Locum sic vertas *Propter hæc duplex mihi in mente est ineffabilis solicitudo, ut nec opum abundantiam sine viris honore prosequi contingat, neve nobis, sine opibus relictis, id decoris affulgeat, scilicet quanta vis hominum nobis suppetat.* BLOMF.

168. ἀμφὶ δ' ὀφθαλμοῖς φόβος] Duæ de hoc loco exstant in scholiis annotationes, altera hæc, ἔστι γὰρ ἡμῖν πλοῦτος ἀμεμφὴς καὶ ἄφθονος, δεδοίκαμεν δὲ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἄνδρας· ὀφθαλμὸν γὰρ καὶ φῶς τὴν τοῦ δεσπότου παρουσίαν νομίζω. altera, ἤγουν ἀμφὶ τῷ Ξέρξῃ· ὀφθαλμὸν γὰρ ἐκεῖνον καλεῖ. Absurda utraque. Recte intellexit Schuetzius, *circum oculos meos timor.* Sic Eurip. Iphig. A. 1127. ὥς μοι πάντες εἰς ἓν ἥκετε σύγχυσιν ἔχοντες καὶ ταραγμὸν ὀμμάτων. Quem locum comparavit Seidlerus.

169. ὄμμα—δόμων] In Choeph. 932. Orestes dicitur Ὀφθαλμὸς οἴκων. Eurip. Androm. 406. Εἷς παῖς ὅδ' ἦν μοι λοιπὸς, ὀφθαλμὸς βίου. Sophocl. Œd. T. 987. Καὶ μὴν μέγας γ' ὀφθαλμὸς οἱ πατρὸς τάφοι. Pindar. Ol. 2, 16. Ἱερὸν ἔσχον οἴκημα ποταμοῦ, Σικελίας τ' ἔσαν ὀφθαλμός. Ol. 6, 27. Ποθέω στρατιᾶς Ὀφθαλμὸν ἐμᾶς. Stanleius comparat Plaut. Pseudol. 1, 2, 46. *Ubi isti sunt quibus vos oculi estis, quibus vita, quibus Deliciæ estis?* BLOMF.

171. γένεσθε B.M. γίνεσθε vulgo.

γηραλέα] Scribendum, vel pronunciandum certe, γηραλᾶ, ut ἀργαλέη in ἀργαλῆ est contractum: de quo dixi in Thesauro Stephani s. v. γηραλέος.

174. ὧν ἂν δύναμις ἡγεῖσθαι θέλῃ, apta circumlocutione τῶν δυνατῶν. Antequam enim aliquid faciamus, quasi *præire* debet faciundi potestas. SCH.

ὧν] ὡς Rob.

δύναμις] δυνάμεις M.

θέλῃ] θέλει (η superscr.) M. θέλει Ald. Rob.

176. ἀεὶ] αἰεὶ Turn.

178. Deleatur comma post οἴχεται.

181. μοι deest in M. εὐείμονες Ald. Turn. Scholiasta citat

Sophoclis versum, Ἐδοξάτην μοι τὰ δύ' ἠπείρω μολεῖν, sic a Valckenærio emendatum pro τάδ' ἠπείρῳ. Vid. Pierson. ad Herodian. p. 435. Sed legendum τὼ δύ' ἠπείρω, ex Attica consuetudine. Vid. Lex. Sophocl. v. Τὼ χεῖρε. Ceterum huc respexisse videatur Mosch. Idyll. 2. 8. Ὠΐσατ' ἠπείρους δοιὰς περὶ εἷο μάχεσθαι, Ἀσιάδ', ἀντιπέρην τε, φυὴν δ' ἔχον οἷα γυναῖκες. Τῶν δ' ἡ μὲν ξείνης μορφὴν ἔχεν, ἡ δ' ἄρ' ἐῴκει Ἐνδαπίῃ. BLOMF. De orbe terrarum in duas partes a veteribus diviso, Asiam et Europam, v. Schæf. Melet. Crit. p. 37.: unde explicandum quod *duas* sibi mulieres apparuisse narrat Atossa.

184. *μεγέθει*] *Proceritate*, qua sine formam non esse perfectam putabant. Herodot. 3, 1. Ἀπρίεω—θυγατὴρ κάρτα μεγάλη τε καὶ εὐειδής. BLOMF.

ἐκπρεπεστάτα] *εὐπρεπεστάτα* codd. aliquot et Ald. Turn.

185. *ἀμώμω*] Vox de forma peculiariter usurpata. Musæus Her. et Leand. 92. Κάλλος γὰρ περίπυστον ἀμωμήτοιο γυναικός. Incertus in Brunck. Anal. vol. 3. p. 158. Εἶδος μὲν γὰρ ἄμωμον, ἐπ' ὄμμασι δ' ἁ περίσαμος Αἰδώς. Haud alio sensu Callimach. Del. 19. Ἡ δ' ὄπιθεν Φοίνισσα μετ' ἴχνια Κύρνος ὀπηδεῖ, Οὐκ ὀνοτή. Dionys. Perieg. 839. Οὐ μὰν οὐδὲ γυναῖκας ὀνόσσεαι, i. e. ob pulchritudinis defectum. BLOMF. *ἀμώμῳ* Ald. Rob.

κασιγνήτα] *γρ. κασιγνήτω* in B.

κασιγνήτα γένους ταὐτοῦ] Scholiasta, Ἄνδρων ὁ Ἁλικαρνασσεὺς φησὶ τὸν Ὠκεανὸν γῆμαι Πομφολύγην καὶ Παρθενόπην. σχεῖν δὲ, ἐκ μὲν Παρθενόπης Εὐρώπην καὶ Θράκην, ἐκ δὲ Πομφολύγης, Ἀσίαν καὶ Λιβύην, ἀφ' ὧν τὰς ἠπείρους ὀνομασθῆναι συμβέβηκε. Hæc Tzetzes ad Lycophr. compilavit, et Eudocia in Violario p. 439. Citatur Ἄνδρων ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ap. Plutarch. in Theseo. Eundem fuisse puto cum illo, cujus liber περὶ Πόντου laudatur a scholiasta Apollonii 2, 948. ubi distinguitur ab Androne Teio (qui fortassis idem fuerit ac Andro Ephesius, de quo vid. Jons. Hist. Script. Philos. 1, 8.). Mythologica quædam ex Androne citantur a schol. Venet. ad Iliad. A. 52. Etymol. M. p. 655, 5. quæ ex eodem libro desumta sunt, qui nominatur Ἐπιτομὴ περὶ Συγγενειῶν a schol. Apollonii 1, 45. Vid. Meurs. ad Apollon. Dysc. p. 94. BLOMF.

189. *τεύχειν*] *γρ. τεῦχον* B. *τεύχειν* pro *ἔτευχον* dictum, infinitivo ad parenthesin relato, cujus constructionis exempla attulit Blomfieldus ex hac fabula v. 564. τυτθὰ δ' ἐκφυγεῖν ἄνακτ'

αὐτὸν, ὡς ἀκούομεν et ex Soph. Trach. 1238. *ἀνὴρ ὅδ', ὡς ἔοικεν, οὐ νεμεῖν ἐμοὶ φθίνοντι μοῖραν.*

ἐν om. Ald. Rob.

ἀλλήλαισι Blomfieldus. *ἀλλήλοισι* aliquot codd. et Rob. *ἀλλήλαιν* Ald. *ἀλλήλησι* Turn.

μαθὼν] *τοῦτο μαθὼν* Rob.

191. *ἐπ'*] *ὑπ'* M.

192. *χὴ μὲν*] Asia.

193. *ἡνίαισί τ'* Blomfieldus. *ἡνίαισι δ'* vulgo. *ἡνίαισιν* C.M. omissa particula.

194. *ἔντη δίφρου* Stanleius. *ἐν τῇ δίφρου* (*δίφρον* M. et *γρ.* B.) vulgo. "Sic *ἔντεα ἱππικὰ* Pind. Olymp. 13, 28. ubi vid. schol. et Nem. 9, 51. Idem Pyth. 4, 417. *σπασάμενος δ' ἄροτρον βόεοις δῆσεν ἀνάγκας ἔντεσιν αὐχένας*, cf. 5, 45. *κατέκλασε ἐντέων σθένος οὐδέν.* Ubi iterum vid. schol. Per *ἔντεα δίφρου* intelligit lora, quibus adjuncta erat currui, et frena." ABRESCH.

195. *διασπαράσσει* Cantabr. secundus. *διασπαράττειν* vulgo, et sic M. quoque.

199. *πέπλους ῥήγνυσιν*] Notum doloris indicium. Vide infra 468. 1030. Theb. 318. Choeph. 25. Spanhem. in Callim. Lav. Pall. 70. Herodot. 3, 66. *Πέρσαι δὲ, ὡς τὸν βασιλέα εἶδον ἀνακλαύσαντα, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατηρείκοντο, καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο.* BLOMF.

201. *καλλιρρόου ἔψαυσα πηγῆς*] Qui somnia male ominata viderant, subito experrecti et face accensa manus lavabant, et piacula diis averruncis, seu diis manibus faciebant. Vid. Choeph. 533. Euripides apud Aristoph. Ran. 1376. *'Αλλά μοι, ἀμφίπολοι, λύχνον ἅψατε, Καλπίσι τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε, θέρμετε δ' ὕδωρ, 'Ως ἂν θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω.* Sic Hecuba, in litus descendens, exclamat *ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν.* Theophrast. de Superstitioso, *καὶ ὅταν ἐνύπνιον ἴδῃ, πορεύεσθαι πρὸς τοὺς ὀνειροκρίτας—ἐρωτήσων τίνι θεῷ ἢ θεᾷ προσεύχεσθαι δεῖ.* ubi vid. Casaub. Apoll. 4, 662. *ἔνθα δὲ Κίρκην Εὗρον ἁλὸς νοτίδεσσι κάρη ἐπιφαιδρύνουσαν. Τοῖον γὰρ νυχίοισιν ὀνείρασιν ἐπτοίητο.* ubi schol. *ἀποτρεπομένη φοβερὸν ὄναρ.* Apuleius 11. p. 238. ed. Pric. *Confestim discussa pigra quiete, alacer exsurgo: meque protinus, purificandi studio, marino lavacro trado.* Conf. Mosch. Idyll. 2, 16. BLOMF. *καλλιρόου* M.

203. *βωμῷ*] *βωμὸν* M. et quinque alii.

204. *τέλη*] *Sacra.* Minus recte Stanleius *quorum hoc est*

munus: quod fuisset οἷς τέλος τόδε. vid. Agam. 909. Verte, *quibus hæc sacra* (nempe *ad somnia expianda*) *pertinent.* Eurip. Med. 1379. Σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλη προσάψομεν. Hippol. 25. Σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων. ubi vide Monk. Eurip. ap. Athen. p. 40. D. μικρὰ θύοντες τέλη. BLOMF.

205. αἰετὸν] Scribendum ἀετὸν cum Brunckio.

207. μεθύστερον] μεθ' ὕστερον M. Ald. Rob. Turn.

κίρκον] Notatu dignum est, simillimum portentum iisdem fere verbis ab Herodoto narratum esse, visum septem Persarum conjuratis, quum de Smerdi aggrediendo deliberarent, ὠθιζομένων δὲ αὐτῶν, ἐφάνη ἱρήκων ἑπτὰ ζεύγεα, δύο αἰγυπιῶν ζεύγεα, διώκοντά τε καὶ τίλλοντα καὶ ἀμύσσοντα. Æschylus autem ad Homerum forte respexit, Od. O. 524. ὣς ἄρα ϝοι ϝειπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις, Κίρκος, Ἀπόλλωνος ταχὺς ἄγγελος· ἐν δὲ πόδεσσι Τίλλε πέλειαν ἔχων, κατὰ δὲ πτερὰ χεῦεν ἔραζε. BLOMF.

209. γ' om. Ald. Rob. Post δέμας in Barocc. Ven. primo et Ald. illatum τῷ κίρκῳ τύπτεσθαι.

210. ἔστ' ἰδεῖν] ἐσιδεῖν M.

213. κακῶς δὲ πράξας οὐχ ὑπεύθυνος πόλει, σωθεὶς δ' ὁμοίως τῆσδε κοιρανεῖ χθονός] Scholiasta, οὐ τιμωρητέος, οὐ δίκας ὀφείλων, διὰ τὸ ὑμᾶς αὐτὸν παρορμῆσαι καὶ κοινῷ δόγματι γενέσθαι τὴν ἐκείνου ἔξοδον καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἄφιξιν. Hujus interpretationis absurditatem aliqua ex parte sensit Schuetzius, cujus hæc est annotatio "Non, ut scholiasta explicat, quia culpæ istius socios habeat consiliarios, qui eum ad suscipiendam expeditionem in Græciam impulerint; sed potius quia propter αὐτοκρατῆ βασιλείαν καὶ ἀνυπεύθυνον, ut Plutarchi verbis utamur, a nemine civium, ut rerum male gestarum rationem redderet, aut causam diceret, cogi poterat. κοιρανεῖ h. l. futurum." Quæ nihil plane conferunt ad loci hujus difficultatem tollendam, quæ non in ratione sita est civibus vel reddenda vel non reddenda, sed in sententiarum consecutione absurda. Nam sic hæc procedunt, Videtis, inquit Atossa, quanto in discrimine versemur: nam si re bene gesta filius meus redierit, civibus admirationi erit; si male gesta, rationem civitati non reddet, sed salvus, ut adhuc, terræ hujus imperium tenet (tenebit), id est, nihil detrimenti capiet. Quod plane contrarium est atque dici ab Atossa debuit, cujus hanc potius mentem esse apparet, κακῶς δὲ πράξας οὐχ ὑπεύθυνος μὲν ἔσται τῇ πόλει, σωθεὶς δ' ἀτίμως

τήνδε ποιμανεῖ χθόνα. Ex his satis manifestum esse arbitror interpolata a grammatico aliquo verba esse *οὐχ ὑπεύθυνος πόλει, σωθεὶς δ' ὁμοίως τῆσδε κοιρανεῖ χθονός,* lacunæ, ut videtur, resarciendæ caussa. Æschyli quæ fuerit sententia e loco simili judicari potest Sept. 4.

εἰ μὲν γὰρ εὖ πράξαιμεν, αἰτία θεοῦ·
εἰ δ' αὖθ', ὃ μὴ γένοιτο, συμφορὰ τύχοι,
Ἐτεοκλέης ἂν εἷς πολὺς κατὰ πτόλιν
ὑμνοῖθ' ὑπ' ἀστῶν φροιμίοις πολυρρόθοις,
οἰμώγμασίν θ', ὧν Ζεὺς ἀλεξητήριος
ἐπώνυμος γένοιτο Καδμείων πόλει.

217. *λαβεῖν*] Scribendum *τελεῖν* ex A.M. aliisque nonnullis et Rob. *γρ. τελεῖν* B.

218. *τὰ δ' ἀγάθ'*] *τὰ δ' ἀγαθὰ δ'* M. *τὰ γαθάτ'* Ald.

219. *χρῆ* error typothetæ pro *χρή.*

220. *πρευμενῶς*] *πρευμενῆν* Ald. Scribendum *πρευμενῆ,* quod est in Barocc. Turn. et pro var. lect. in A.B. Eo recepto delendum comma post *τάδε,* quod recte abest ab edd. vett.

223. *τἄμπαλιν*] *τοὔμπαλιν* Ald. Rob. et aliquot codd.

γαίας Turn. *γαία* aliquot codd. et Ald. Rob. *γαίᾳ* M. et tres alii.

224. *θυμόμαντις*] *Qui vaticinatur, quatenus id prudentia et judicio fieri potest.* *ὁ διὰ τοῦ συλλογίζεσθαι προγινώσκων τὸ μέλλον.* Phot. *συνετῶς προορῶν τὰ ἀποβησόμενα.* Hesych. Optime schol. *οὐ φύσει μάντις ὤν, ἀλλ' ἀπὸ λογισμοῦ κρίνων.* Sophocl. Œd. T. 397. Œdipus de Sphingis ænigmate, *ἔπαυσά νιν, Γνώμῃ κυρήσας, οὐ δ' ἀπ' οἰωνῶν μαθών.* Nemini non succurret Euripideum, *Μάντις δ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς,* sic a Cicerone de Div. 2, 5. conversum *Bene qui conjiciet vatem perhibebo optimum.* Apposite Theocrit. 21, 32. *Ὃς γὰρ ἂν εἰκάζῃ κατὰ τὸν νόον, οὗτος ἄριστος Ἔστιν ὀνειροκρίτας.* Eurip. Helen. 763. *Γνώμη δ' ἀρίστη μάντις, ἥ τ' εὐβουλία.* Hunc locum illustrat Moschus 4, 122. *Τοῖα, φίλη, μοι ὄνειρα διὰ φρένας ἐπτοίησαν Παννυχίῃ· τὰ δὲ πάντα πρὸς Εὐρυσθῆα τρέποιτο Οἴκου ἀφ' ἡμετέροιο· γένοιτο δὲ μάντις ἐκείνῳ Θυμὸς ἐμὸς, μηδ' ἄλλο παρεκτελέσειέ τι δαίμων.* Ceterum ex his locis, et Sophocl. Œd. T. 708. satis liquet quænam fuerit tragicorum de divinatione sententia. Odyss. A. 200. *αὐτὰρ νῦν τοι ἐγὼ μαντεύσομαι, ὡς ἐνὶ θυμῷ Ἀθάνατοι βάλλουσι, καὶ ὡς τελέεσθαι ὀϝίω, Οὔτέ τι μάντις ἐὼν, οὔτ' οἰωνῶν σάφα ϝειδώς.* BLOMF.

227. ἐκύρωσας] ἐκύρωσεν vel ἐκύρωσε duo codd.

228. ἐκτελοῖτο] Aliquot codd. ἐξιλεοῖτο.

δή] δὲ Ald. Rob.

229. θήσομεν] θήσομαι Rob.

232. δυσμαῖς] δυσμὰς A. et γρ. B.

φθινασμάτων] φθινάσμασιν Pauwii correctio est. Eustath. ad Iliad. Θ. p. 698, 24. τὴν δύσιν Αἰσχύλος ἡλίου λέγει φθινάσματα. Idem ad Iliad. Λ. p. 832, 45. ἡλίου φθίνασμα τὴν δύσιν ἔφη τις ποιητής. Hesychius huc respicit; Φθινάσμασι, φθίσεσι. Forsan tamen legendum, ἄνακτός θ' ἡλίου φθινάσμασιν. Herodot. 7, 58. ὁ δὲ κατ' ἤπειρον στρατὸς πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς ἐποιέετο τὴν ὁδόν. ubi, sicut in hoc loco, ἓν διὰ δυοῖν exprimitur. BLOMF. Scribendum φθινάσμασιν cum Pauwio, commate post δυσμαῖς posito.

234. πᾶσα γὰρ—] Id est, *nec mirum; nam hac urbe expugnata omnis Græcia in regis potestatem veniret.* SCH.

235. ἀνδροπλήθεια omnes præter Cantabr. sec. qui ἀνδροπλήθια, quod in textum recepi, accentu mutato. Sophocl. Laocoont. fr. 3. Κυκλεῖ δὲ πᾶσαν οἰκετῶν παμπληθίαν. Idem Tyro fr. 11. Πολλῶν δ' ἐν πολυπληθίᾳ. Apud Herodot. 7. 9. quærit Mardonius, Ἕλληνας δὲ, ὑπάρξαντας ἀδικίης, οὐ τιμωρησόμεθα; τί δείσαντες; κοίην πλήθεος συστροφήν; κοίην δὲ χρημάτων δύναμιν; BLOMF.

236. πολλὰ δὴ Μήδους] δὴ Μήδους πλεῖστα Rob. Respicitur ad pugnam Marathoniam.

238. ἀργύρου πηγή] Sectiones argentarias in Attica olim uberes fuisse refert Strabo 9. p. 399. τὰ δ' ἀργύρεια τὰ ἐν τῇ Ἀττικῇ καταρχὰς μὲν ἦν ἀξιόλογα, νυνὶ δ' ἐκλείπει. Locus autem, ut observat Casaub. ad h. l., ubi fuere argenti venæ, vocabatur Laurium. Thucyd. 2, 55. παρῆλθον ἐς τὴν πάραλον γῆν καλουμένην, μέχρι Λαυρίου ὄρους, οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλά ἐστιν Ἀθηναίοις. Et 6, 91. commemorat Alcibiades τὰς τοῦ Λαυρείου τῶν ἀργυρείων μετάλλων προσόδους. Cf. etiam Herodot. 7, 144. qui testatur potuisse Athenienses e Laurii metallis accipere ὀρχηδὸν ἕκαστον δέκα δραχμάς; omninoque Xenophon περὶ Πόρων, quem librum recte judicat Casaubonus ab eo hoc potissimum consilio scriptum esse, ut Athenienses ad fodiendas strenue argentifodinas hortaretur. STANL.

239. χεροῖν Elmsleius ad Eurip. Med. 1334. χερὸς codd. et Ald. Rob. χερός γ' Turnebus. χερῶν Brunckius, collato Sept. 433. φλέγει δὲ λαμπὰς διὰ χερῶν ὡπλισμένη.

240. ἔγχη σταδαῖα] *Hastæ ad pugnam stabilem aptæ.* Hoc enim innuit poeta, *Athenienses non velitantur sagittis, sed telis cominus et stataria pugna decertant.* Scholiasta, ἔγχη σταδαῖα, ἤτοι ξίφη σταδαῖα, δι' ὧν συστάδην καὶ ἐχεγγύως καὶ πλησίον μάχονται· τοὺς γὰρ ἐκ διαστήματος μάχοντας κατηυτέλιζον. Persis arma erant τόξα καὶ αἰχμὴ βραχέα teste Herodot. 5, 49, BLOMF.

241. ποιμάνωρ] ποιμάντωρ Guelf. Ald. Turn. ποιμάνωρ Eustath. ad Iliad. B. p. 212, 42. Vid. supra 76. Mox στρατῷ tres codd. et Rob. Minus recte. Agam. 545. Πῶς δή; διδαχθεὶς τοῦδε δεσπόσω λόγου. Choeph. 186. τῆσδε δεσπόζειν φόβης. BLOMF. στρατῷ etiam M.

245. ἰόντων τοῖς τεκοῦσι φροντίσαι] Scholiasta, χαλεπὰ λέγεις τοῖς γονεῦσι τῶν ἰόντων καὶ ἐλθόντων εἰς Ἀθήνας, ἀντὶ τοῦ ἡμῖν, ὥστε φροντίσαι αὐτῶν. De constructione participii cum genitivo v. Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 238.

246. δοκεῖν] δοκεῖ quattuor codices.

εἴσει] εἴσῃ libri.

νημερτῆ] Scribendum ναμερτῆ cum Porsono: de quo dixi ad Soph. Trach. 173.

247. δράμημα] δρόμημα aliquot codd. quod præferendum. De utraque forma v. Lobeck. ad Phrynich. p. 618. et quæ in Thesauro Stephani collegi s. v. Δρόμημα.

249. Ἀσιάδος] Ἀσιάτιδος Ald. Ἀσίδος Blomfieldus recte.

252. τὸ Περσῶν δ'] τὸ δὲ Περσῶν Ald. Rob.

253. κακὸν μὲν πρῶτον ἀγγέλλειν κακά] Sophoclis Antigonæ v. 277. στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν comparavit scholiasta. Hunc versum in textum intulerunt N. et Guelf. post ἀγγέλλειν κακά, Rob. autem post ἀναπτύξαι πάθος.

254. ἀνάγκη]—ἀναπτύξαι] ἀνάγκα—ἀναπτύσαι Ald. Rob.

255. Πέρσαι] Πέρσαις B.

256—259 = 262—265.

256. ἄνι'] ἄνια Ald. Rob. Turn. Post κακὰ in Barocc. Ald. Rob. additum λυπηρὰ λυπηρὰ ex glossemate. "Adjectivum ἄνιος valet λυπηρὸς, ἀνίας παρεκτικὸς, ἀνιαρὸς, ἀθεράπευτος. ut exponunt veteres glossæ. Occurrit iterum infra v. 1047. et 1053." BRUNCK. Versus in Ald. sic divisi ἄνια— | νεόκοτα — | διαίνεσθαι—.

258. καὶ δάϊ'. αἰαῖ] Hæc verba versui præcedenti sunt adjungenda, pariterque in antistropho.

259. διαίνεσθε] διαίνεσθε δάκουσι Rob.

260. πάντα γ'] πάντ' Ald. Rob.

διαπεπραγμένα] *Pessumdata.* Διαπέπραγμαι, *Actum est de me.* In hoc sensu præteritum tantum ponitur. Infra 523. Οἲ ἐγὼ τάλαινα διαπεπραγμένου στρατοῦ. Choeph. 868. διαπεπραγμένῳ *interfecto.* ibid. 1006. Στυγερῷ θανάτῳ διεπράχθης. Eurip. Helen. 864. Μενέλαε, διαπεπράγμεθ'. Sophocl. Trach. 786. Τοῦ μὲν νοσοῦντος, τοῦ δὲ διαπεπραγμένου. Hæc citavit Abresch. Eodem sensu apud Eurip. Ion. 353. Simpliciter ponitur pro *peractus* in Choeph. 737. Eurip. Helen. 1193. BLOMF.

261. αὐτὸς Porsonus. καὐτὸς libri.

δ'] γ' Cantabr. sec.

265. ἐφάνθη] ἐφαάνθη quattuor codd. et Ald. Turn. ἐφάνη A. aliique nonnulli.

γεραιοῖς] γηραιοῖς Ald. Rob.

266. γε] τε M. aliique.

267. Πέρσαι] Πέρσαις Rob. Eadem lectionis discrepantia v. 255. Fortasse utrobique dativus præferendus.

268—271 = 274—277.

268. 274. ὀτοτοτοῖ] ὀ το τοῖ τοῖ M. hic et infra. Aliorum librorum vitia sunt ὀτοτοτοὶ τοὶ, vel ὀτοτοιτοῖ τοὶ, vel ὀττοττοτοῖ.

270. γᾶς] γῆς Ald.

'Ασίδος] 'Ασιάδος aliquot codd. et Rob. "'Ασίδος prima longa. Suppl. 544. 'Ιάπτει δ' 'Ασίδος δι' αἴας. Ovid. Metam. 5, 648. *Jam super Europen sublimis et Asida terras.*" BURNEIUS. Apollon. Rhod. 1, 444. Τηλόθι που πέπρωται ἐπ' 'Ασίδος ἠπείροιο. 2, 779. Οἶδ' ἐσιδὼν, ὅτε δεῦρο δι' 'Ασίδος ἠπείροιο. Quin et apud Dionysium Perieg. voces 'Ασίδος αἴης hexametrum sæpius claudunt. Nicander Alex. 1. Εἰ καὶ μὴ σύγκληρα κατ' 'Ασίδα τείχεα δῆμοι. Ovid. Metam. 9, 447. *et in Aside terra Mœnia constituis.* Homer. Iliad. B. 461. 'Ασίῳ ἐν λειμῶνι. ubi absurda quædam excogitarunt grammatici de *Asio* prato, sic dicto ab ἆσις. Vid. Lambini ad Muretum Epistolam in Epist. Claror. Viror. vol. 2. p. 408. Recte igitur, ut opinor, Hermannus in Eurip. Electr. 315. reposuit, πρὸς δ' ἕδραισιν 'Ασίδες Δμωαὶ στατίζουσ' pro vulgatis, πρὸς δ' ἕδραις 'Ασιήτιδες. BLOMF. Conf. ad Prom. 735. et Pers. 249. 549. 763. Similiter Δωρίδος in Δωριάδος corruptum in libris pluribus infra v. 817.

271. δᾳαν Blomfieldus e libro Lambethiano, qui δαΐαν. Legebatur δίαν.

272. δυσπότμως] δυσπότμων aliquot codd.

275. ἀλίδονα] Scribendum ἀλιδνὰ, quæ lectio annotata in B. Versus ex amphibracho et dochmio compositus.

πολυβαφῆ] *Macerata.* Proprie diceretur de panno purpura saturato; ut διβαφὴς est *bis tinctus.* BLOMF.

277. διπλάκεσσιν] διπλάκεσιν Ald. Rob. Burneius comparat βαρίδεσσι v. 559. μερόπεσσι Suppl. 91. τείχεσσι Choeph. 363. χείρεσσι Sophocl. Antig. 975. 1297. Est autem δίπλαξ *duplex superficies.* Nempe πλάξ est *plana superficies*, de mari bis posita in hac fabula: 724. 944. de turris tabulato Sophocl. Trachin. 277. unde δίπλαξ formatur, ut δίαυλος ab αὐλός. In Iliad. Γ. 126. δίπλακα exponunt critici significare δίμιτον χλαῖναν. Recte autem scholiasta πλαγκτοῖς ὡς ἂν εἴποι τις διαύλοις· τὰ γὰρ κύματα ἐγχεῖται καὶ ὑπονοστεῖ. Verteris igitur, *On the ebbing and flowing surface of the sea.* BLOMF. Alii de duplici ora maritima intellexerunt, inter quam maris undæ fluctuent. Neutram interpretationem ferunt verba poetæ, quæ nihil aliud significare posse videntur quam disjectas per mare navium trabes, quæ δίπλακες dicuntur quatenus ex duobus lignis sunt compactæ.

278. ἀπώλλυτο] γρ. ἀπώλετο B.

279. στρατὸς] λεὼς duo codd.

ναΐοισιν] ναΐαισιν Cantabr. primus. ναΐῃσιν A. et γρ. B.

ἐμβολαῖς] ἐμβολὴ, *impactio*, scilicet rostri, quod ideo ἔμβολον dicebatur. infra 415. Thucyd. 2, 84. κατὰ μίαν ναῦν τεταγμένοι περιέπλεον αὐτοὺς κύκλῳ—δόκησιν παρέχοντες αὐτίκα ἐμβαλεῖν. Vid. infra 336. 562. Eurip. Androm. 1131. Προύτεινε τεύχη, κἀφυλάσσετ' ἐμβολάς. Herc. F. 869. ταῦρος ὣς, ἐς ἐμβολὴν Δεινός. Vid. infra 396. BLOMF.

280—283 = 286—289.

280. 281. uno versu Ald.

280. ἴυζ'] Hesych. Ἰύζει. κραυγάζει, βοᾷ, φωνεῖ. Homer. Iliad. Ρ. 66. ἀμφὶ δὲ τόν γε κύνες ἄνδρες τε νομῆες Πολλὰ μάλ' ἰύζουσιν ἀπόπροθεν. ubi schol. Venet. ἀγροικικῇ φωνῇ προσφωνοῦσιν, παρὰ τὸ ἰοῦ ἐπίρρημα, quæ exscripsit Etymologus p. 480, 4. Infra 1043. Ἴυζε μέλος. Suppl. 871. Ἰοῦ, ἰοῦ, Ἴυζε καὶ βόα. Ibid. 825. Ἴυζε καὶ λάκαζε, καὶ κάλει θεούς. ibid. 805. Sophocl. Trachin. 789. Βοῶν, ἰύζων. Hinc ἰυκτής. Theocrit. 8.

30. Πρᾶτος δ' ὦν ἄειδε λαχὼν ἰυκτὰ Μενάλκας. ubi schol. ex Callimacho citat Ἰύζων ἀν' ὄρος. notatque, ἰύζειν τὸ λιγυφωνεῖν. κυρίως δὲ ἐπὶ γυναικῶν. Ut ab οἴμοι οἰμώζω et οἰμωγὴ, sic ab ἰοῦ ἰύζω et ἰυγή. de qua voce vid. Interpp. ad Hesych. Sophocl. Philoct. 752. ἰυγμός. Choeph. 24. ἰυγμοῖς βόσκομαι κέαρ. Eurip. Heracl. 127. Τί δῆτ' ἰυγμῶν ἥδ' ἐδεῖτο συμφορά; BLOMF. ἰύζειν non ab ἰοὺ, sed ab ἰὺ derivandum: de qua interjectione dixi in Thesauro Stephani. Ex M. annotatum ἴουζε.

282. 286. δᾴοις Burneius. δαΐοις vulgo.

282. πάντα παγκάκως] παγκάκως πάντα Turn.

284. ἔχθος] γρ. ἄχθος B.

285. ὡς στένω μεμνημένος] Synesius Epist. 129. p. 265. ex Eunidis Cratini, στένομεν μεμνημένοι Ἥβης ἐκείνης, νοῦ τ' ἐκείνου, καὶ φρενῶν. BLOMF.

286. Ἀθᾶναι] Ἀθῆναι M. Turn. Post δᾴοις colon ponatur.

288. μάταν] *Frustra*, i. e. immerito.

289. ἔκτισαν] κτίζω vel κτίω, *condo*, i. e. *efficio*, quo sensu Nostro usurpatur Choeph. 1058. Suppl. 430. 630. 1065. Eumen. 17. ubi scholiasta κτίσαι pro ποιῆσαι Æschyli idioma esse ait, quem refutat Markland. ex Eurip. Suppl. 786. et Sophocl. Trachin. 915. BLOMF.

εὔνιδας] εὖνις, ἐστερημένος, ὀρφανὸς, ἐνδεής. Hesych. Etymol. M. p. 393, 38. Εὖνις σημαίνει τὸν ἄνδρα καὶ τὴν γυναῖκα· ὁ εὖνις καὶ ἡ εὖνις. σημαίνει δὲ τὸν μεμονωμένον καὶ ἐστερημένον, ὡς τὸ, Ὅς μ' υἱῶν πολλῶν τε καὶ ἐσθλῶν εὖνιν ἔθηκε. Absurde grammatici ducunt ex εἷς, ἑνός. Choeph. 245. Ἰδοῦ δὲ γέννὰν εὖνιν ἀετοῦ, πατρὸς Θανόντος ἐν πλεκταῖσι καὶ σπειρήμασι. Sic distinguendus iste locus. v. 792. Ἴσθι δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον εὖνιν ζυγέντ' ἐν ἅρματι. Sophocl. Trachin. 563. τὸν πατρῷον ἡνίκα στόλον Ξὺν Ἡρακλεῖ τὸ πρῶτον εὖνις ἑσπόμην. ubi vid. Wakefield. BLOMF. Suspecta est brevis in fine antispasti syllaba, cui longa respondet in versu strophico 283. ἔθεσαν, αἰαῖ, στρατοῦ φθαρέντος. Fortasse igitur εὐνιδας ἔκτισσαν scribendum cum Boeckhio in prooemio indicis lectionum æstivarum Berolinensium a. 1827. p. 11.

293. βροτοῖς] βροτοὺς pars codicum et Rob., non M.

295. στένεις] στένοις aliquot libri.

297. ἀρχελάων Rob. et, ut videtur, scholiasta, qui λαῶν ἀρχόντων explicat. Libri reliqui ἀρχελείων.

σκηπτουχίᾳ] *Sceptrigeri munus.* Homer. Iliad. B. 86. Argi-

vorum duces vocantur σκηπτοῦχοι βασιλῆες. ubi scholiasta notat quod et οἱ γέροντες καὶ οἱ ἱερεῖς ἐσκηπτροφόρουν. Eurip. Iph. Taur. 235. Ἄργει σκηπτοῦχον Ὀρέσταν. Hic de præfectu militari ponitur. σκηπτούχους hodierno idiomate verteris *Field-Marshals*. BLOMF.

298. ἄνανδρον] ἄναρχον Rob. Quod qui scripsit non animadvertit ἄνανδρον hic eodem sensu dictum esse quo v. 166.

299. φάος βλέπει] βλέπει φάος schol. Aristoph. Ran. 1054.

301. λευκὸν ἦμαρ] *Candida dies.* i. e. *lucida* ac *serena*. Absurda sunt quæ de hujus locutionis origine tradunt parœmiographi. Agam. 669. Ἔπειτα δ' ᾅδην πόντιον πεφευγότες, Λευκὸν κατ' ἦμαρ. Photius, Λευκὴ ἡμέρα. ἡ ἀγαθή. καὶ ἐπ' εὐφροσύνῃ. Εὔπολις Κόλαξι. Zenob. 6, 15. καὶ Μένανδρος δέ φησιν ἐν Λευκαδίῳ (Λευκαδίᾳ) τὴν ἀγαθὴν ἡμέραν λευκὴν καλεῖσθαι. Herodian. p. 477. Λευκὴν ἡμέραν διαγαγεῖν, τὴν ἡδεῖαν καὶ ἱλαράν. ubi vid. Pierson. Firmus Episcop. Cæsar. in Epist. ap. Murator. Anecd. vol. 5. p. 292. ἐκ χειμῶνος καὶ τρικυμίας γαλήνην εἶδον καὶ ἡμέραν, τὸ τοῦ λόγου, λευκήν. Callimach. H. Cer. 123. Λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος καὶ χεῖμα φέροισα. Catullus 8, 3. *Fulsere quondam* CANDIDI *tibi* SOLES. Petronius Arb. 127. p. 611. CANDIDIORQUE DIES *secreto favit amori*. Antiatticista Sangerm. p. 106. Λευκὴν ἡμέραν. τὴν ἀγαθήν. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι. Sophocl. Aj. 708. λευκὸν εὐάμερον φάος. BLOMF.

μελαγχίμου] μελαγχείμου Ald. Rob.

303. Σιληνίων] Schol. αἰγιαλός ἐστι τῆς Σαλαμῖνος τῆς λεγομένης Τροπαίας ἄκρας, ὡς Τιμόξενος ἐν τῷ περὶ Λιμνῶν (λιμένων Stanleius) φησί. Legendum, πλησίον τῆς λεγομένης Τ. ἀ. Hesych. Σιλήνιαι. τῆς Σαλαμῖνος. πλησίον τοῦ λεγομένου Τροπαίου. Vid. inf. 570. BLOMF. Scribendum Σιληνιῶν ex M.

304. χιλίαρχος] χιλιάρχης Guelf.

Δαδάκης] Δαρδάκης duo codd.

πληγῇ] πληγεὶς duo codd.

305. ἀφήλατο] ἀφήλλατο (sic) duo codd. et Ald.

306. Τενάγων] τενέγων Rob. τανάγων Barocc. Ald.

ἄριστος] Scribendum ἀριστεύς. Vide Porsoni notam ad Eurip. Med. 5. Helladius ap. Photium p. 1590. τὸ ἄριστος κυρίως μὲν ἐπὶ τῶν κατὰ πόλεμον εὐδοκιμούντων ἂν ῥηθείη· διότι καὶ ἀριστέας τούτους καλοῦμεν. Porro ἄριστος Βακτρίων ἰθαγενὴς vix Græcum sonare arbitror. In fine versus ἰθαιγενὴς M. Rob. BLOMF. Recte corrigit Blomfieldus.

307. *θαλασσόπληκτον*] Libri aliquot *θαλασσόπλακτον* vel *θαλασσόπλαγκτον*, de qua corruptela conf. quæ de *ἁλίπλακτος* et *ἁλίπλαγκτος* dicta sunt ad Soph. Aj. 597.

νῆσον] Salamina.

309. *πελειοθρέμμονα*] Hesychius, *Πέλειον θρέμμονα νῆσον. Ἀριστοτέλης φησὶ διαφέρειν περιστέρας καὶ πελειάς.* et mox, *Πελεστόθρην. νῆσον τὴν Σαλαμινίαν.* Bene Arnaldus, vocibus *Ἀριστοτέλης κ. τ. λ.* in præcedentem glossam rejectis, cetera sic conjungit, *Πελειοθρέμμονα νῆσον. πελειοτρόφον νῆσον. τὴν Σαλαμινίαν.* Melius foret, *Πελειοθρέμμονα νῆσον. πελειοτρόφον. ἤτοι τὴν Σαλαμῖνα.* Sic scholiasta, *τὴν νῆσον τὴν πελειοθρέμμονα. ἤτοι τὴν Σαλαμῖνα.* Idem comparat Homericum *πολυτρήρωνά τε Θίσβην*, Iliad. B. 502. Stanleius sequentia notat. "Salaminem insulam Veneris in tutela fuisse ex Homero discimus; unde probabile est columbas summa cura incolas enutrivisse, atque insulam iis abundasse: Veneri enim sacra hæc avis." BLOMF.

312. *Φερεσσεύης* A.B.C. et tres alii. *φρεσσεύης* M. et Mosq. *φαρεσσεύης* F. *φρεδεύης* Rob. *φερεσέβης* Ald. Rob. *φερεσσέβης* Turn.

313. *Φαρνοῦχος*] *καὶ φαρνοῦχος* Barocc. C. Ald. *καὶ φανοῦρχος* Rob. "Tres *ἵππαρχοι*, equitatus præfecti, memorantur Herodoto 7, 88, quorum tertius *Φαρνούχης* appellatur." STANL.

οἵδε] *οἵτε* M. et tres alii cum Rob.

ναὸς Steph. et codd. *νηὸς* Turn. *νεὼς* Ald. Rob.

314. *Χρυσεὺς*] Civem notat ex urbe Chrysa, cujus nominis urbes exstiterunt plures, de quibus v. Stephanum Byzant. PAUW. Male Brunckius "Chryseus nomen est proprium. Sequentis nominis duplex est lectio, *Μάταλλος*, *Μέταλλος*. In B. scholium: *ὁ Μέταλλος Ἄραψ ἦν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν μέλαιναν ἵππον εἶχε. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ Ἀραβικοὶ ἵπποι.*"

Μάταλλος] *Μάτταλος* Ald. *Μέταλλος* B.C. Rob. Turn. *Μάταλλος* Steph., scholiasta et codd. plerique.

μυριόνταρχος] Myriarchas, qui decem millibus hominum præessent, in exercitu Persarum constitutos fuisse monet Herodotus 7, 81. *Καὶ χιλιάρχας τε καὶ μυριάρχας ἀποδέξαντες· ἑκατοντάρχας τε καὶ δεκάρχας οἱ μυριάρχαι.* STANL.

316. *πυρσὴν* Porsonus. *πυρὰν* quattuor codd. et Ald. Rob. *πυρρὰν* reliqui et Turn.

δάσκιον] *δάσκειον* M. Guelf. Mosq.

317. *πορφυρᾷ* Porsonus. *πορφυρέᾳ* libri.

318. Μᾶγος] Nomen gentilitium. Stephan. Byz.: Μαγία. *εἰσὶ καὶ Μάγοι ἔθνος περὶ Μηδίαν.* Herodot. 1, 101. *ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γένεα, Βουσαὶ, Παρητακηνοὶ, Στρούχατες, Ἀρίζαντοι, Βούδιοι, Μάγοι.* STANL. Μέγος Ald. Μάγος Rob.

Ἄραβος] Ἄρραβος Barocc. Ald. Rob. Ἄραθος B.

Ἀρτάμης] Ἀρσάβης Rob. quod corruptum ex Ἀρσάμης, ut legitur in Cantabr. primo. Artames Salaminis *μέτοικος* dicitur amara ironia. Schol. *ἐκεῖ ἀπελθὼν κατῴκησε τὴν Σαλαμῖνα τὴν σκληρὰν καὶ πετρώδη.* BLOMF.

320. Ἄμηστρις Brunckius. Ἄμιστρις vulgo. Ἀμίστρης duo codd. V. ad v. 21.

πολύπονον] *Laboriosus.* Minus recte Elmsleius ad Eurip. Heraclid. 932. *ponderosus.* Anglice verteris, *doing a great deal of work.* Suppl. 378. *φύλακα πολυπόνων βροτῶν.* Nullum succurrit exemplum ubi quidquam aliud quam *laboriosus* per hanc vocem significetur. Similiter fere Sophocles Aj. 637. *πολυπόνων Ἀχαιῶν, Achivorum bellicos labores strenue subeuntium.* BLOMF.

321. Ἀριόμαρδος] Utrum autem hic Ariomardus idem sit, qui supra Thebarum Ægyptiarum dux nominabatur, v. 38. an alius, definiri nequit. SCH.

322. Σεισάμης A.M. aliique nonnulli et Canterus. Aliorum corruptelæ sunt Σισάμης, Σεισάρκης, quod est in Ald. Rob. Turn. Steph., Σισάρκης, Σισάρμης, Σεισάρμης. In N. et Viteb. Σησάμης. Σησάμα nomen infra legitur v. 983. nisi Σεισάμα scribendum.

ὁ] Scribendum θ' ὁ ex A.B.F. Guelf.

323. Θάρυβις] Θάβυρις ex codd. Paris. memorat Brunckius. Θάρμις Rob. In Θάμυρις corruptum in annotatione scholiastæ.

324. Λυρναῖος] Stephan. Byz. a Stanleio excitatus, *Λύρνησσος, πόλις Τρωϊκὴ, μία τῶν ἕνδεκα τῶν ἐν τῇ Τρωάδι. τὸ ἐθνικὸν Λυρνήσσιος. Αἰσχύλος δὲ Πέρσαις, ὡς ἀπὸ τοῦ Λύρνα, Λυρναῖος.* Nihil hic cum Lyrnesso. Recte schol. *ἀπὸ Λύρνης τῆς χώρας.* BLOMF.

326. Συέννεσις] Apud Herodot. 7, 98. inter eos, qui in classe proximi a ducibus *ὀνομαστότατοι* fuere, recensetur Κίλιξ Συέννεσις, Oromedontis filius. Erat vero Syennesis, ni fallor, nomen commune regibus Ciliciæ, ut Ptolemæus Ægypti.

Syennesis rex Ciliciæ, Cyaxari et Alyatti coætaneus, memoratur Herodoto 1, 64. Alterius sub Dario mentionem facit idem 5, 118. Meminit et tertii Xenophon in Anab. 7, 8, 25. ubi reges omnium regionum, quas in expeditione illa peragraverant Græci enumerat. STANL. Veram nominis scripturam restituit Turn. consentientibus codd. nonnullis. *Σύννεσις* M. aliique. Alii *Σύνεσις*, ut Ald. Rob.

πρῶτος] *αὐτὸς* addunt aliquot codices. Quod fortasse ortum ex *αος*, quod *πρῶτος* significat.

327. *ἄπαρχος*] *ἔπαρχος* N. et *γρ.* B. Quod recipiendum. Eadem discrepantia librorum Agam. 1237.

328. *εὐκλεῶς*] *γρ. νηλεῶς* B. *ἀνηλεῶς* duo codd.

329. *τοιῶνδέ γ' ἀρχῶν* infelix Canteri conjectura est. *τοιῶνδέ γ' ἀρχόντων* Rob. Steph. *τοιῶνδ' ἀρχόντων* A.B.M. aliique multi cum Ald. *τοιῶνδ' ἄρ' ὄντων* Turn. Ego sublato *ἀρχόντων*, quod ab interprete adscriptum fuit, sic hunc versum redintegrandum censeo, *τοιῶνδε τῶνδε νῦν ὑπεμνήσθην πέρι.* Et *ἀρχόντων* Blomfieldo quoque suspectum fuit, qui *τοιῶνδε μέντοι* conjecit.

330. *ἀπαγγέλλω*] *ἀπαγγελῶ* Ald. Rob.

333. *τοῦτ'* Steph. et codices. *ταῦτ'* Ald. Rob. Turn.

334. *τι* Turn. *δὲ* A.B.C.M. Cantabr. primus et Guelf. *δὴ* Barocc. Cantabr. secundus, Ald. Rob. Steph.

336. *συνάψαι*] Scribendum *ξυνάψαι* cum Brunckio.

ναΐοισιν M. aliique nonnulli et Turn. *ναΐῃσιν* Ald. Rob. *ναΐαισιν* Blomfieldus. Conf. ad v. 279.

337. *ἂν*] *ἦν* F.

βαρβάρους] *βαρβάρων* ex M. Viteb. aliisque nonnullis enotatum: et sic Ald. Rob. unde *βάρβαρον* conjecit Halmius p. 19. quod non præferam. *βαρβάρους* Turn. Steph., consentientibus, si quid ex silentio colligendum, aliquot codicibus.

338. *ναυσὶν* Porsonus. *ναυσὶ* libri.

339. De navium numero sequentia notat Stanleius. "Græcorum classem Ctesias septingentarum navium fuisse narrat; at Herodotus 8, 82. non nisi trecentarum et octoginta; quarum 16 tantum Lacedæmonii, 180 Athenienses præbuerunt. De Atticarum navium numero convenit Plutarchus in Themistocle c. 14.: quin ipse Herodotus 7, 61. naves *πεπληρωμένας* 200 Atheniensibus tribuit; cui accinit Diodorus Siculus 1, 15. Xerxis classem mille ducentarum et septem navium fuisse

refert Æschylus; quo potissimum teste, ut exploratæ fidei, utitur Plutarchus in vita Themistoclis.—Adstipulatur Herodotus, post Æschylum testis optimus, 7, 79. *τῶν δὲ τριηρέων ἀριθμὸς μὲν ἐγένετο ἑπτὰ καὶ διηκόσιαι καὶ χίλιαι.*—Eundem ad numerum collineare videtur Diod. Sicul. 11, 3. inquiens *νῆες δὲ σύμπασαι μακραὶ πλείους τῶν χιλίων καὶ διηκοσίων.* Minus curiose agunt qui non nisi mille et ducentas numerant. Horum est Isocrates in Panathenaico p. 355. et Panegyrico p. 80. et Æmilius Probus (*Cornelius Nepos*) in Themistocle c. 2. Verum hoc intelligendum tantum *κατὰ τὸ ὁλοσχερέστερον.* Quantum magis platice dictum ab iis qui mille navium fuisse asserunt? ut Ctesias et Cicero in Verrem 1, 18. Ceterum apud hos, *numerus* (ut loquitur Varro de Re Rust. 2, 1.) *non est ut sit ad amussim, ut non est cum dicimus mille naves iisse ad Trojam.*" Hæc Stanleius. qui falsus est. Æschylus enim diserte affirmat Xerxis classem ex mille navibus constitisse, quarum 207 erant celeres. Eodem modo computat Græcorum classem, quæ ex 300 navibus conflata est, quarum celeres erant decem. Sic enim cum scholiasta intelligendum. Aliter minus conveniret epithetum *ἔκκριτος*. Cf. Mitford. Hist. Gr. vol. 2. p. 185. not. Tzetzes ad Lycophr. 1427. Atheniensium et sociorum naves 271 fuisse tradit. BLOMF.

340. *ναῶν*] *νεῶν* Brunckius.

342. *ὧν ἦγε πλῆθος*] *νεῶν τὸ πλῆθος* Plut. V. Themist. c. 14. qui versus 341—343. attulit.

ὑπέρκομποι] Scribendum *ὑπέρκοποι* cum Blomfieldo. V. ad Sept. v. 391.

343. *θ'*] *δ'* N. Ald.

ὧδ' ἔχει λόγος] V. ad Sept. 225.

344. *δοκοῦμεν*] Scribendum *δοκῶμεν* ex Guelf.

λειφθῆναι] *ληφθῆναι* M. Mosq.

μάχῃ;] Signum interrogandi posuit Turn.: punctum Ald. Rob. et recte quidem, nisi quod colon potius ponere debebant.

346. *ἰσορρόπῳ*] *ἰσορόπῳ* C. Ald.

348. Hunc versum Atossæ continuat, 349. nuncio tribuit Rob.

ἔστ'] *ἔτ'* octo codices et Rob.

ἆρ'] *ἄρ'* edd. vett. et codices, ut videtur, plerique.

ἀπόρθητος] Hanc laudem jure quodam proprio urbi suæ vindicabant Athenienses. Oraculum ap. Herodot. 7, 141. *Τεῖχος*

Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς, Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν. Eurip. Med. 820. Ἐρεχθεῖδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι, καὶ θεῶν παῖδες μακάρων, ἱερᾶς χώρας ἀπορθήτου τ' ἀποφερβόμενοι κλεινοτάταν σοφίαν. BLOMF.

349. ἕρκος] Sententia a multis auctoribus diverse prolata; et primum a Lycurgo in Epistola ap. Plutarch. in Vit. p. 95. οὐκ ἂν εἴη ἀτείχιστος πόλις, ἅτις ἀνδρείοις καὶ οὐ πλίνθοις ἐστεφάνωται. Alcæus apud schol. ad h. l. Ἄνδρες γὰρ πόλεος πύργος ἀρήϊος. lege, Ἄνδρες πόληος πύργος ἀρήϊοι. Thucyd. 7, 77. Ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τείχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί. ubi vid. Wass. Palæphatus 17. φασὶ δὲ, ὅτι καὶ χαλκοῦν τεῖχος τῇ πόλει αὐτοῦ περιεβέβλητο· ὅπερ ἔστι ψευδές· ὁπλίτας γὰρ, ὡς οἶμαι, εἶχε, τὴν πόλιν αὐτοῦ φυλάττοντας. Senarius proverbialis apud Plutarchum, Schott. p. 604. Ἄνδρες γάρ εἰσιν αἱ πόλεις, οὐκ οἰκίαι. qui πεπαρῳδημένος videtur ex Euripidis Phryxo, Αἱ γὰρ πόλεις εἴσ' ἄνδρες, οὐκ ἐρημία. Sophocl. Œd. T. 56. Ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος, οὔτε ναῦς Ἔρημος, ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω. Sic enim interpungendum. Tacitus Hist. 1. *Quid? vos pulcherrimam hanc urbem domibus et tectis et congestu lapidum stare creditis? Muta ista et inania intercidere ac reparari possunt. Æternitas rerum, et pax gentium, et mea cum vestra salus incolumitate senatus firmatur.* BLOMF.

350. ξυμβολῆς] συμβολῆς libri.

352. καταυχήσας] κατακαυχήσας aliquot codd. et Ald. Turn.

355. ἀνὴρ γὰρ Ἕλλην] Cui nomen Sicinus. Astutissimum hoc Themistoclis commentum memorat Herodotus 8, 76. et Diodorus 11, 17. STANL.

356. Ξέρξῃ] Vel potius πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν βαρβάρων. Ita Herodotus, qui et nuncii verba paulo aliter refert 8, 75. ἔπεμψέ με στρατηγὸς ὁ Ἀθηναίων λάθρῃ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων· τυγχάνει γὰρ φρονέων τὰ βασιλῆος, καὶ βουλόμενος μᾶλλον τὰ ὑμέτερα κατύπερθε γενέσθαι ἢ τὰ τῶν Ἑλλήνων πρήγματα· φράσοντα ὅτι οἱ Ἕλληνες δρησμὸν βουλεύονται καταρρωδηκότες. καὶ νῦν παρέχει κάλλιστον ὑμέας ἔργων ἁπάντων ἐξεργάσασθαι, ἢν μὴ περιίδητε διαδράντας αὐτούς. οὔτε γὰρ ἀλλήλοισιν ὁμοφρονέουσι οὔτε ἀντιστήσονται ὑμῖν, πρὸς ἑωυτούς τε σφέας ὄψεσθε ναυμαχέοντας τοὺς τὰ ὑμέτερα φρονέοντας καὶ τοὺς μή. Cæterum cum nostro consentit omnino Diod. l. c. ἔπεισέ (Themistocles) τινα πρὸς τὸν Ξέρξην αὐτομολῆσαι, καὶ διαβεβαιώσασθαι διότι μέλλον-

σιν αἱ κατὰ Σαλαμῖνα νῆες ἀποδιδράσκειν ἐκ τῶν τόπων καὶ πρὸς τὸν Ἰσθμὸν ἀθροίζεσθαι. STANL.

358. *μενοῖεν* Monkius. *μένοιεν* libri.

359. *ναῶν* M. et sex alii. *νεῶν* vulgo.

ἐπενθορόντες Turn. et pars codicum. *ἐπενθορῶντες* Ald. *ἐπανθορόντες* M. et septem alii cum Rob.

360. *ἐκσωσοίατο* Monkius. *ἐκσωσαίατο* libri.

362. *θεῶν φθόνον*] Animum advertant tirones ad superstitiosam veterum *δεισιδαιμονίαν*, qui deos credebant hominibus præpollentibus invidere. Classicus est Herodoti locus 3, 40. Idem 7, 46. *ὁ δὲ θεὸς γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα, φθονερὸς ἐν αὐτῷ εὑρίσκεται ἐών.* vid. Wesseling. Dissert. Herod. p. 193. Herodotum meliora docere potuisset Pythagoras, qui aiebat deos *οὐκ εἶναι κακῶν αἰτίους.* Eurip. Orest. 963. *φθόνος νιν εἷλε θεόθεν.* Alc. 1138. *Ἔχεις· φθόνος δὲ μὴ γένοιτό τις θεῶν.* Suppl. 348. *Ἤδη τόδ' ἔσται, κοὐχὶ σὺν φθόνῳ θεῶν.* Iph. Aul. 1097. *Μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ.* De invidia deorum vid. J. M. Gesneri Opusc. vol. 3. p. 336. Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 75. BLOMF. Conf. ad v. 93.

363. *προφωνεῖ*] *προσφωνεῖ* aliquot codd. et Ald. Rob.

ναυάρχοις] *ναυάρχ*$^{\text{οις}}$*αις* Guelf. *ναυάρχαις* Ald.

364. *χθόνα*] *φλόγα* aliquot codd. et Rob.

366. *στῖφος μὲν*] *μὲν στῖφος* Brunckius numeris melioribus.

στίχοις] Scribendum *στοίχοις* ex M. tribusque aliis codd.

367. *ἁλιρρόθους*] *ἁλιρόθους* Ald. Rob.

368. *νῆσον Αἴαντος πέριξ*] Herodot. 8, 76. *ἀνῆγον μὲν τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας κυκλούμενοι πρὸς τὴν Σαλαμῖνα.* et mox, *τῶνδε δὲ ἕνεκα ἀνῆγον τὰς νῆας, ἵνα δὴ τοῖσι Ἕλλησι μηδὲ φυγέειν ἐξῇ, ἀλλ' ἀπολαμφθέντες ἐν τῇ Σαλαμῖνι δοῖεν τίσιν τῶν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἀγωνισμάτων.* STANL.

370. *ναυσὶν*] *νηυσὶν* M.

371. *πᾶσι*] *πᾶσιν* M.

372. *ὑπ' ἐκθύμου*] *ὑπερθύμου* aliquot libri.

ἐκθύμου] *εὐθύμου* M. Steph.

375. *δεῖπνόν τ'*] *τ'* deest in edd. vett. et MSS. a Brunckio suppletum. Equidem suspicor antiquam lectionem excidisse, cujus glossema fuerit *δεῖπνον*: forsan *θοίνας*. Scholiastæ glossa est *εὐωχίαν*, quam vocem ad *δείπνον* explicandum vix, ut opinor, posuisset. BLOMF.

ναυβάτης B.M. Rob. Plerique *ναυάτης* cum Turn.: quod frequens codicum vitium est, de quo dixi in Annot. ad Sophoclem p. 298. et 337. *ναύτης* Ald.

378. *κώπης ἄναξ*, i. e. *remex*. "Reprehendit Euripidem Aristoteles hac phrasi usum, ac si minus esset decora, Rhetor. 3, 2. Τὸ δὲ, ὡς ὁ Τήλεφος Εὐριπίδου φησὶ, κώπας ἀνάσσει κἀποβὰς εἰς Μυσίαν, ἀπρεπές, ὅτι μεῖζον τὸ ἀνάσσειν ἢ κατ' ἀξίαν." STANL.

379. *θ'*] *δ'* M. et superscripto *θ'* B.

ὅπλων ἐπιστάτης interpretor de milite classiario; nam quemadmodum remiges metaphorice remorum *ἄνακτες* appellabantur, sic milites *armorum præfecti*. SCH.

382. *καὶ πάννυχοι*] Herodot. 8, 76. ἐποίεε δὲ σιγῇ ταῦτα, ὡς μὴ πυνθανοίατο οἱ ἐναντίοι. οἱ μὲν δὴ ταῦτα τῆς νυκτὸς, οὐδὲν ἀποκοιμηθέντες, παραρτέοντο. STANL. *διάπλοον* h. l. adjective sumtum, significat *navigando sine remissione intentum*. Nempe navium duces omnem populum nauticum per totam noctem ministeriis navalibus operam dare jubebant. SCH. *διάπλουν* Rob.

383. *ναῶν*] *νηῶν* Turn.

386. *λευκόπωλος ἡμέρα*] Stanleius confert Theocrit. 13, 11. Οὐδ' ὅκα ἁ λεύκιππος ἀνατρέχει ἐς Διὸς ἀώς. Eurip. Troad. 848. Τὸ τᾶσδε λευκοπτέρου Ἁμέρας φίλον βροτοῖς φέγγος. BLOMF.

388. *ἠχοῖ*] *ἠχῇ* vulgo, nisi quod *ἠχεῖ* cum duobus codd. Rob. Vera scriptura *ἠχοῖ*, quam ex conjectura restituerat Pierson. ad Mœr. p. 176, annotata in B.

389. *εὐφήμησεν*] Scribendum *ηὐφήμησεν* cum Brunckio.

392. *οὐ γὰρ ὡς*] *οὐδὲ γὰρ ὡς ἐν* duo codd. et Ald.

φυγῇ] *φυγεῖν* Rob.

396. *εὐθὺς*] *ἐπεὶ* pauci codd. cum Ald. Turn.

397. *ἔπαισαν ἅλμην*] Eadem verba in narratione nuntii ap. Eurip. Iph. T. 1391. in qua nonnulla esse quæ ex Æschylea ducta videantur ab Seidlero est observatum.

κελεύσματος] *κελεύματος* M. Mosq. Viteb.

398. *ἐκφανεῖς*] *ἐμφανεῖς* aliquot codd. et Rob.

399. *εὐτάκτως* M. et sex alii. Plerique *εὔτακτον* cum Rob. Turn. *εὐτάκταν* (sic) Ald. *εὐστόχως* duo codd. Per *μετ' εὐταξίας* explicat scholiasta.

401. *ἐπεξεχώρει* A.B.M. et septem alii cum Ald. Rob. Turn. Reliqui, ut videtur, *ὑπεξεχώρει* cum Steph.

405. *θήκας τε προγόνων*] Sepulcrorum paternorum mentio in hujusmodi hortationibus solennis fuit. Scythæ inter alia hoc etiam Dario respondebant, Herodot. 4, 127. *εἰ δὲ δέοι πάντως ἐς τοῦτο κατὰ τάχος ἀπικνέεσθαι, τυγχάνουσι ἡμῖν ἐόντες τάφοι πατρώϊοι· φέρετε, τούτους ἀνευρόντες, συγχέειν πειρᾶσθε αὐτούς· καὶ γνώσεσθε τότε, εἴτε ὑμῖν μαχησόμεθα περὶ τῶν ταφῶν, εἴτε καὶ μὴ μαχησόμεθα.* Charisius apud Rutil. Lup. p. 98. *Obsecrare pro sacris ac delubris deorum immortalium, pro parentum monumentis, pro vobis ipsis et salute vestra.* Sallust. B. C. 6. p. 28. *Alius alium hortari, hostibus obviam ire, libertatem, patriam, parentesque armis tegere.* Similiter fere Nicias ap. Thucyd. 7, 69. sistitur *ἄλλα τε λέγων, ὅσα ἐν τῷ τοιούτῳ ἤδη τοῦ καιροῦ ὄντες ἄνθρωποι, οὐ πρὸς τὸ δοκεῖν τινὶ ἀρχαιολογεῖν φυλαξάμενοι, εἴποιεν ἄν, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων παραπλήσια, ἔς τε γυναῖκας καὶ παῖδας καὶ θεοὺς πατρῴους προφερόμενα, ἀλλ' ἐπὶ τῇ παρούσῃ ἐκπλήξει ὠφέλιμα νομίζοντες ἐπιβοῶνται.* Homer. Iliad. O. 663. *ἔτι δὲ μνήσασθε ἕκαστος Παίδων ἠδ' ἀλόχων, καὶ κτήσιος, ἠδὲ τοκήων.* Virgil. Æn. 10, 280. *Nunc conjugis esto Quisque suæ tectique memor.* BLOMF.

408. *στόλον*] *Proram, rostrum.* Respondet fere isti navium nostrarum parti Anglice dictæ, *the Cut-water,* quæ proræ prominet. Hesych. *Στόλος—καὶ ὁ τῆς νεὼς ἔμβολος λέγεται, τὸ εἰς ὀξὺ συνεστραμμένον.* Lege, *διὰ τὸ εἰς ὀξὺ συνεσταλμένον εἶναι.* Schol. ad h. v. *Στόλος δὲ λέγεται τὸ ἔμβολον, παρὰ τὸ εἰς ὀξὺ συνεστάλθαι.* Schol. Apollon. Rhod. 1, 1089. *Ἀπολλώνιος ἐν ταῖς λέξεσιν ἀποδέδωκεν ἄφλαστον τὸ ἀκροστόλιον· οὐκ εὖ· ἐπειδὴ τὸ ἀκροστόλιον ἐπὶ τοῦ στόλου. στόλος δὲ λέγεται τὸ ἐξέχον ἀπὸ τῆς πτύχης καὶ διῆκον ἄχρι τῆς πρώρας ξύλον. πτύχη δὲ λέγεται ὅπου τὸ τῆς νεὼς ἐπιγράφεται ὄνομα.* Per Apollonii *Λέξεις* intellige *Λέξεις Ὁμηρικάς,* quod est verum nomen Apollonii Lexici Homerici, ubi exstat locus quem spectat criticus eruditus, p. 183. ed. Toll. Plura de *στόλῳ* videas apud Salmas. Plinian. Exerc. p. 403. D. Hinc *ποικιλόστολος ναῦς* Sophocl. Phil. 343. *navis, cujus rostrum variis coloribus illitum est.* BLOMF.

411. *κόρυμβα*] *Proræ extremitatem.* Anglice, *the Figure-head.* Hesych. *Κόρυμβα. ὑπ' ἐνίων τὰ ἄφλαστα, τὰ ἀκροστόλια.* Homer. Iliad. I. 241. *Στεῦται γὰρ νηῶν ἀποκόψειν ἄκρα κόρυμβα.* ubi schol. *τὰ ἀκροστόλια.* Etymol. M. p. 177. inter *ἄφλαστα* et *κόρυμβα* distinguit. *Ἄφλαστα, τὰ ἀκροστόλια τῆς νηὸς—*

διαφέρει δὲ τῶν κορύμβων. ἄφλαστα μὲν λέγεται τὰ πρυμνήσια, κόρυμβα δὲ τὰ πρωρήσια. Confundit Apollon. Rhod. 2, 603. *Ἔμπης δ' ἀφλάστοιο παρέθρισεν ἄκρα κόρυμβα.* Plura congessit Auctor Dissert. de Tutel. et Insign. Navium p. 296. Vid. infra 664. Ceterum scholiasta hæc habet, *ἀρχὴν ἐποίει τοῦ πρώτου πολέμου ναῦς Ἀθηναϊκὴ, ἤγουν Λυκομήδης ὁ Αἰσχραίου παῖς.* Herodotus vero 7, 84. *Ἀμεινίης ὁ Παλληνεὺς, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἐξαναχθεὶς νηῒ ἐμβάλλει. συμπλακείσης δὲ τῆς νηὸς, καὶ οὐ δυναμένων ἀπαλλαγῆναι, οὕτω δὴ οἱ ἄλλοι Ἀμεινίῃ βοηθέοντες συνέμισγον.* Lycomedes vero primus navem Persicam cepit in pugna apud Artemisium; Herodot. 8, 11. unde error ortus est. Phœnissas autem naves Atheniensibus oppositas fuisse tradit Herodotus. Ceterum Aminiam istum Æschyli fratrem fuisse aiunt Diodorus Siculus, et ex eo Auctor Æschyli vitæ. Sed Æschylus communi omnium consensu Eleusinius erat, non Pallenensis. BLOMF.

ἴθυνεν] *ηὔθυνεν* M. *εὔθυνεν* B.

412. *τὰ*] *καὶ* tres codd. et Rob.

δὴ] *νῦν* M. *οὖν* quattuor codd. et Ald.

415. *ὑφ' αὐτῶν*] *ὑπ' αὐτῶν* aliquot codd. et Ald. Turn.

ἐμβολαῖς] Scribendum *ἐμβόλοις* cum Stanleio. "*ἔμβολον*, *rostrum, ea pars proræ* qua *ἐμβολὴ fiebat.* Vid. supra 279. Pollux 1, 85. *Τὸ καταλῆγον ἐπὶ τὴν πρῶραν, προεμβολίς· τὸ δὲ ὑπ' αὐτὴν, ἔμβολον.* Hesych. *Ἔμβολον. Εὐριπίδης Παλαμήδῃ καὶ Σκίρωνι, ἔμβολα· τὸ δὲ πολὺ ἀρρενικῶς λέγουσι, τοὺς ἐμβόλους.* Gloss. Herodot. *Ἔμβολος. χάλκωμα περιτεθέμενον περὶ τὴν πρῶραν ταῖς ναυσί.* Thucyd. 7, 36. *ἀναρρήξειν τὰ πρώραθεν αὐτοῖς, στερίφοις καὶ παχέσι πρὸς κοῖλα καὶ ἀσθενῆ προέχοντες τοῖς ἐμβόλοις.* Sic enim legendum puto pro *παρέχοντες*, ex quo sensus idoneus elici nequit. Quomodo autem hæc classis Persicæ confusio orta sit vide ap. Herodot. 8, 89." BLOMF.

417. *ἀφραδμόνως*] Scribendum *ἀφρασμόνως* ex M.N. quæ forma legitur Agam. 290. 1401.

419. *θάλασσα*] *θάλασσαν* Ald. Turn.

δ' om. Turn.

421. *ἐπλήθυον*] *ἐπλήθυνον* aliquot codd. et Ald. *ἐκπλήθυνον* Turn.

422. *ἀκόσμως*] Scribendum *ἀκόσμῳ* cum Casaubono. Sic v. 470. *ἵησ' ἀκόσμῳ ξὺν φυγῇ*, ubi duo codd. *ἀκόσμως*.

425. *θραύσμασιν*] *θραύμασιν* aliquot codd. inter quos M., et Rob.

ἐρειπίων] *ἐριπίων* M.

426. *οἰμωγὴ*] *οἰμωγῆς* M.

430. *στοιχηγορoίην*] *στοιχοιγαροίην* M. *στιχηγορoίην* quattuor codd.

431. *μηδάμ'* A. et *γρ*. B. *μηδ' ἂν* vulgo.

432. *τοσουτάριθμον*] *τοσοῦτ' ἀριθμὸν* aliquot codd. et Ald. Turn.

433. *ἔρρωγεν*] *ἔρρωται* Mosq. et a pr. m. M.

435. Excidit comma post *ἴσθι*.

κακὸν quinque codices. *κακῶν* vulgo. Eurip. Med. 59. *ἐν ἀρχῇ πῆμα κοὐδέπω μεσοῖ.*

436. *αὐτοὺς*] *αὐτοῖς* M. et novem alii cum Ald. Rob. Reliqui *αὐτοὺς* cum Turn.

πάθους] *πένθους* aliquot codd.

441. *φύσιν*] *φύσει* septem codd.

442. *ἐκπρεπεῖς*] *εὐπρεπεῖς* Guelf. aliique nonnulli cum Rob.

444. *οἰκτρῶς*] Scribendum *αἰσχρῶς* ex A.B.M. et undecim aliis codd. et Rob.

δυσκλεεστάτῳ] *δυστυχεστάτῳ* A. et sex alii.

μόρῳ] *πότμῳ* Mosq. N.

445. *οἳ 'γὼ* Porsonus. *οἳ ἐγὼ* vulgo.

ξυμφορᾶς] *συμφορᾶς* libri.

446. *μόρῳ δὲ*] *δὲ μόρῳ* Rob. *δὲ* om. Barocc. Ald.

447. *νῆσος*] Schol. *τὴν Ψυττάλειαν φησὶν, ἥτις ἀπέχει τῆς Σαλαμῖνος ρε̄ σταδίους.* lege *ε̄ σταδίους.* Herodot. 8, 95. *'Αριστείδης—παραλαβὼν πολλοὺς τῶν ὁπλιτῶν, οἳ παρατετάχατο παρὰ τὴν ἀκτὴν τῆς Σαλαμινίης χώρης, γένος ἐόντες 'Αθηναῖοι, ἐς τὴν Ψυττάλειαν νῆσον ἀπέβησε ἄγων, οἳ τοὺς Πέρσας τοὺς ἐν τῇ νησίδι ταύτῃ κατεφόνευσαν πάντας,* nempe ad quadringentos. Cf. 8, 76. Pausan. 1, 36. Stephan. Byz. *Ψυττάλια. νῆσος περὶ Σαλαμῖνα.* Lege, *πρὸ Σαλαμῖνος.* Alciphr. 2, 3. *τὴν γειτνιῶσαν, τὴν Ψυτταλίαν.* Nescio an alibi quicquid reperiatur de Panis in hanc insulam amore; quem frequentare eam ait scholiasta, *ἢ ὡς ἱερᾶς Πανὸς οὔσης τῆς νήσου, ἢ ὡς ἐρήμου. ἐρήμοις γὰρ τόποις οὗτος ὁ θεὸς ἐνδιατρίβειν εἰώθει.* "Ita sane describitur Straboni 9. p. 375. *καὶ ἡ Ψυττάλεια νησίον ἔρημον καὶ πετρῶδες.* Et hujusmodi locis gaudere dicitur deus ille. Homerus Hymn. in eum v. 6.—*ὃς πάντα λόφον νιφόεντα λέλογχε, Καὶ κορυφὰς*

ὀρέων, καὶ πετρήεντα κάρηνα. Unde ὑλοβάτος et φιλόδενδρος Theæteto appellatus." Stanl. Notatu dignum est in priore bello Medico Pana suppetias Atheniensibus ivisse, eique simulacrum sub Acropoli structum fuisse: vid. Herodot. 6, 105. Simonidem in Anthol. 4. p. 476. Et hanc forte ob caussam in hoc loco Panis mentio injecta est. BLOMF.

448. ναυσὶν] νηυσὶν M. Guelf. Viteb.

